III. Harmoniam tantùm essentialem. i. e. literarum radicalium, dare voluimus; vocalium, quæ varietati sunt obnoxiæ & mutationi, nō item; Atque hinc est, quod nominibus etiam, quæ tamen in variis linguis varias habent vel terminationes, vel formationes, vocales non sint subjectæ, cùm satis nobis sit Harmoniam ostendisse Lexicam, non differentiam, quantum ad vocales, Grammaticam, Ex. gr. אָטָד *Rhamnus, cynosbaton,* nomen est, quod Hebræis non modò, sed Chaldæis, Arabibus est eodem significatu usitatum; unde & simpliciter recepto more Harmoniam Linguarum areolâ secundâ indicavi, etsi non eædem in linguis istis retineantur vocales. Hebræi enim אָטָד scribunt; אַטְדָא Chaldæi Arab. אַטַד &c.

IV. Vocum Hebræarum significata diversa diversis numeris expressimus, quibus è regione harmonia iterum respondet vel secundùm omnes, vel quasdam tantùm significationes: Numeri enim 1. 2. 3. areola tertia positi, notant Harmoniam vocum Chaldaicarum, Syriacarum &c. cum Hebraica radice, juxta eam tantùm significationem, quæ eodem utrobiquè numero denotatur. Vbi verò radix Hebræa uno tantùm significatu nota est; harmoniæ notam numericam addere nihil erat necesse. Cætera usui & vivæ Præceptoris voci facilè cedent.

Hæc sunt, *benevole Lector*, de quibus monendus videbare. Errores hinc inde, absente à prælo authore, irrepsisse familiarius est, quàm quod operosè deprecandum mihi sit. Qui inter legendum occur-

teras, solaque accedente tertiâ diversitas significationum emergit. Radice, ejusquè significatione vel propriâ, vel impropriâ, à matre Hebræa ex *prima* areolâ constitutâ, ad *secundam* postea areolam transitus patet, & sine molestiâ, & maxima cum utilitate. Ejusdem enim radicis Hebraicæ rami mox se diffundũt, ita ut unũ, duo, tria, quatuor, quinq́; sex etiam, prout harmonia vel fusa vel contracta fuerit, diversarum linguarum vocabula cum Hebraica eandem prorsus obtineant significationem. Tum demum ex *tertiâ* areolâ discat, quid aliæ inter se affine habeant linguæ ab Hebræa dissonum; *quartum* deniquè adeat, ubi cujuslibet radicis significationem propriam nosse vel velit, vel debeat.

Regulæ restant, paucæ quidem sed adeò necessariæ, ut, clavis instar, usum hujus Lexici aperiant atquè monstrent.

1. *Cum fructu hoc Lexicon lecturus, vel aliqualem præmittat notitiam Grammaticam.* Nam quia radices absquè punctis (nisi ubi anomaliæ subsit ratio, aut radix nomine exprimatur) ponuntur, eas necessariò lector ex ratione Grammatica substituet, quod facile est, modò nôrit, verba perfecta, defectiva נ & ע, quiescentia א & י sub prima radicali habere *Kametz*, sub secũdâ vero Patach; ut סָבַב נָגַשׁ יָשַׁב אָכַל Quiescentia verò ו, illud retinere quiescens ut קוּם שׁוּב, quiescentia tertiâ ה & א utrobiquè admittere Kametz ut גָּלָה מָצָא. Eadem ferè ratio est a. Vocum *Syriacarum, Chaldæarum, Talmudicarum, Samaritanarum*, Nôsse ergò debet: *Perfecta, defectiva* prima & secunda, eadem flecti forma, regulariter פְּקַד נְפַק quam etiam sequuntur normam quiesc. י nisi quod Syris illud quiescat in Chirek, ut יְתֵב *quiescentia 2.* ו habent Kametz, ut קָם שָׁב: *quiescentium tertia* unam agnoscunt formam, diversis licèt literis terminatam גְּלָא גְּלִי &c. *Arabum* hîc & *Æthiopum* alia paulò ratio est, quæ omninò ex Grammatica afferri debet. *Perfecta, defectiva, & quiescentia* prima ו vel י eandem retinent rationem, tribusquè ferè exprimunt vocalibus יָסַר וָתַֽבَ פָּקַד &c. *defectiva secunda* duabus דַּק sic & quiescentia secunda ו & י ut קָאַם (pro קום) & סָאַר (pro סיר) nec non quiesc.

bent, nec habere possunt, ita hoc compendium, quod hunc in finem multorum precibus extortum mihi est, in succum & sanguinem conversum, factos jam in linguis progressus (quo tamen vix pauci, hac, proh dolor! ætate adspirant!) ita juvabit, ut vel in iis facile acquiescere, vel, his præmissis, ad lectionem & analysin quorumlibet authorum, magno subsidio, accedere possint.

B. Succurrere *occupatis*. Novi, non cujusvis rationem ferre, Orientali nectare pleno haustu proluere fauces; supremis labris quidam illud degustant, idque vel adacti necessitate, vel illecti amœnitate. His vel currentibus conatus hic noster calcaria addere potest. Difficilis vel in Patrum, vel Theologorum, vel Historicorum, vel etiam Iurisconsultorum veterum occurrit terminus orientalis, quæstio est de genuina illius significatione, habent fortè pauca hæc folia plurium solutionem, quam frontispicium polliceatur. Praxis certè usum hunc generalem commodius probavit, quàm exprimat calamus.

C. *Provectiorum* alere progressus, qui, ut spero, sine negotio animadvertent, hujus se Etymologici Methodo vocum copiam, semel acquisitam, facilè retenturos, & ubi Theologicæ cumprimis Meditationes linguarum subsidio opus habuerint, præstò illud hic esse, sive de genuina vocum significatione, sive nativa radicis constitutione, aut, ex aliis Dialectis restitutione (nam vel ex sola *Chaldaica* 83. præter propter hîc videas restitutas, ex *Arabica* 347. ex *Æthiopica* 75. ex *Syriaca* 70. ex *Samaritana* 17. ex *Rabbinico-Talmudica* 83.) sive Linguarum multarum harmoniâ, deliberatio instituenda sit.

D. Neque *Tyronibus* tandem ipsis, qui vel in limine literaturæ Orientalis, ad *analysin* tamen jam apti, versantur, inutilis hic planè est labor. Talis enim, si cum analysi quotidiana, vocum etiam conjunxerit notitiam ex Lexico haustam, progressum majora, & certiora exspectare poterit incrementa. Initium autem à secunda faciet areolâ, quæ serie alphabetica disposita, invariabiles semper duas priores retinet literas,

picarum, quæ in utroq; extant, plerarumquè, & genuinum ostendi situm, & significationes primarias, adeoquè radicales ita methodicè erui, ut si vel sola adjicerentur derivata, quæ prævià vel mediocri peritia Grammatica, ex primitivis æstimari possunt, tantum hoc uno proponeretur Lexico, quantum totidem distinctarum Linguarum aliis distinctis.

II. *Rhizothesian* i.e. Radicum plurimarum, vel ex Arabica, vel Æthiopica, vel Syro-Chaldaica, nonnunquam etiam Samaritana Lingua restitutionem. Quantò cum linguæ sanctæ compendio hæc à nobis tentata sint, illis spero abundè constabit, quibus hactenus defectum hunc agnoscere faciliùs fuit, quàm emendare.

III. Pleniorem & planiorem Linguarum, quæ affinitate se mutua attingunt cum matre Hebræa *Harmoniam*, quàm, quæ hactenus, quod sciam, prodiit. Hæc ut obvia ubiquè est, ita varii usus in quelibet studiorum genere locupletissimam pollicetur segetem.

IV. Altera *Harmonia*, filiarum inter se, matrè exclusâ, ut operosa satis nobis fuit & difficilis, ita multis intricatioribus & hactenus ambiguè explicatis vocabulis lucem affert non obscuram. Aliorum, quàm lubricus, variisquè expositus censuris hic sit labor, relinquam judicio.

V. Propria deniquè cujuslibet radicis Biblicæ (*Biblicas* voco, quæ vel in contextu Hebræo Originali occurrunt, vel Chaldaico, vel Samaritano, vel Syriaco, quorum omnium ratio habenda nobis erat) ab Hebræa matre diversa significatio, ut omitti non debuit, ita scopo nostro multum commodat. Scopus autem noster erat, ut de hoc etiam aliquid loquamur, potissimùm

A. *Iuvare peregrinantes*, Theologiæ maximè Studiosos, qui ut magna Lexicorum diversorum volumina in promtu semper non ha-

4. Hinc proverbialiter *Iacere lapidem ad Markolis*, de re impia & abominanda dicitur: Vnde ad *Prov*. 26.8. Midrasch habetur: כ״מי שחולק כבוד לכסי״ כזורק אבן למרקולים: *Quicunq; impertitur honorem stulto, similis est projicienti lapidem ad Markolis*. Ita R.*Sol*. המלמד תורה לתלמיד שאינו הגון הוא כזורק אבן למרקולים: *Qui docet legem discipulum inconvenientem, est, sicut projiciens lapidem ad Markolis*. Hunc cultum etiamnum Muhammedanis esse receptum, alio tamen prætextu excusatum, monuimus *Fascic. Disput. Heidelb*. p. 412.

G. Quid sit אבן שתייה? Propriè notat *Lapidem fundationis*; forma petita, à שתה *bibit*, significatione verò à שתת *fundavit*. Meminit hujus lapidis Jonathan *Exod*. 28. v. 30. in suo Targum; חקיק ומפורש באבן שתייה רבה חתם מרי עלמא פום תהומא רבא מן שירויא : *Insculptum & explicatum erat nomen Tetragrammaton in lapide fundationis, quo obsignavit Dominus mundi os abyssi magna in principio*. Fundationis lapidem appellant שממנה הושתה העולם *quòd ex eo fundatus esset Mundus*: Vnde R. *Isaac Faber* in Gemara: אבן ירה הקב״ה בים וממנה נשתת עולם *Lapidem projecit DEus in mare, & ex eo fundatus fuit mundus*. Hunc lapidem inunctum à Jacobo, *Gen*. 28. tradunt habuisse nomen Tetragrammaton inscriptum; Judæos verò, ne quis illud disceret, indeque vastaretur mundus, constituisse, ut in Sanctuario, ubi lapis ille asservabatur, duo locarentur canes, qui exire volentem allatrarent, adeò ut præ timore iterum oblivisceretur, si quid didicisset. Christum Servatorem nostrum ingressum scripsisse id in pergameno, discidisse femoris sui carnem, indidisse illud eis, statimquè prolato nomine cutem concrevisse. Ita impii apellæ in תולדות ישו, de quo aliâs, *σὺν θεῷ*, ex professo. Hæc de Lexicis *Theoreticis*; *Practica* ad usum propiùs tendunt & applicationem, idquè tum aliarum disciplinarum, tum Theologiæ cumprimis in Hebraismo. Biblicum hic excelleret Lexicon, & tale quidem, quale jam antehac in *præfat. Thes. Philol*. indigitavimus. Atquè hæc quidem in *thesi* de varietate Lexicorum; in *hypothesi* fatemur, divites Lexicon hoc nostrum thesauros non polliceri, spero tamen Linguarum Orientalium studiosos hic reperturos. I. *Rhizologiam* restrictam, id est, enarrationem Radicum Hebræarum, Chaldæarum, Samaritanarum, quæ in V.T. occurrunt *omnium*; Syriacarum verò, Æthiopica-

proclamabat, ille rem amissam signis & notis describebat, ut eam recuperare posset.

B. Quid sit אבן המנוגעת *Lapis plagâ affectus?* Quidam explicant *lapidem grandinis*, ex malè intellecto textu Aruch, sed lapidem notat qui leprâ aut plagâ, qualis Orientalibus & Israelitis propria quidem esse videbatur, contactu hominem poterat polluere. Eadem etiam contactus reciproci lege tenebatur אבן מסמא *Lapis positionis* i. e. magnus & gravis alicubi positus, ut ei quis insideat, aut ei aliquid imponatur, aut quo aliquid tectum est.

C. Quid sit אבן תקומה *Lapis stationis vel resurrectionis?* Lapis erat, quem mulieres gravidæ de collo gestabant, ne abortirent. Hinc mulieres privilegio donatæ, ut & Sabbatho eum gestare possent. Hinc in Gemara; יוצאין באבן תקומה בשבת *Egrediuntur cum lapide* תקומה *in Sabbatho.*

D. Quid sit אבן שואבת? *Propriè est lapis hauriens , attrahens* i.e. *magnes.* Hujus artificio, scribunt, vitulum Jeroboami constitisse in aere, ut est in Gemara, ubi legitur: אבן שואבת תלה לחטאת ירבעם והעמידה בין שמים לארץ *Lapis attrahens suspendit peccatum Ieroboami, constituitq́; ipsum inter cælum & terram.* Idem referunt de sepulchro Muhammedis; sed sine ratione.

E. Quid אבן שעות? Propriè est *Lapis horarum*, i.e. *gnomon* in sciaterico, aut index horologii, cujus usus apud veteres Iudæos, procul dubio, satis fuit notus. Vnde quod contextus Hebr. 2. *Reg.* 20, 11. habet מעלות Chald. אבן שעיא vertitur.

F. Quid sint אבני בית קולים *Lapides domus Kolis?* Fit horum mentio apud Thalmudicos, & sunt, ut rectè observat R. Iarch. Lapides מרקולים *Mercurii*, qui lapidum jactu & coacervatione colebatur. De hoc cultu tradunt Judæi 1. fuisse אחת מכאן ואחת מכאן ואחת גביהן *unum hinc, & alterum illinc, & tertium super illos.* 2. Hunc jactum esse prohibitum; unde in Aboda zarah: שלש אבנים זו בצד זו מרקולים אסורות *Tres lapides, unus juxta alterum Mercurij sunt prohibiti.* 3. Ad tres illos lapides projectos fuisse alios lapides certo ritu & cultu: unde in Sanhed. הזורק אבן למרקולים זו היא עבודתו *Qui projicit lapidem ad Markolis* (scil. committit idololatriam) *quia hic est cultus ejus.*

4. Hinc

Moſes appellatur à Saadia, *Dan.* 2. v. 44. Ita *Geneſ.* 49,24. Inde paſtor אבן *Lapis* Iſrael, quod (*etſi alii* pro præcipua parte, *alii* pro univerſalitate,) alii pro *Doctore* ſumunt. Eadem *Metaphorâ* Chriſtus ἀκρογωνιαῖος dicitur & λίθος. &c. Ita אבני קדש *Thren.* 4,1. *Duces, primates* dicuntur.

V. Ab eadem radice deducitur vox אָבְנַיִם quæ dualis eſt, & propriè *inſtrumentum figuli* notat, *rotam figuli*, quæ in locis Orientalibus, teſte R. *Iona* (aliud enim in Occidente obtinet, ut monet *Kimchius*) duobus conſtabat lapidibus, quaſi molaribus, quorum ſuperior & minor movebatur, inferior verò & major immobilis permanebat. *Jerem.* 8,3. Ipſe faciebat opus ſuper אבנים. *Metaphoricè* eſt ſella parturientium, rotæ figulari ſimilis. *Exod.* 1,17. cum videritis ſuper אבנים Chald. מתברא. Alii tamen aliter. vide *Mercerum.*

b. Hæc de *Etymologia*, ſequitur *Synonymia*: Obſervant Hebræi decem nomina, lapidem ſignificantia. 1. אבן. 2. צרור. 3. חצץ. 4. בֻּזְק. 5. מעות. 6. סלע. 7. כפים. 8. צור. 9. חלמיש. 10. שמיר Ita quidem author *Ohel Moëd*; Omnia hæc nomina ad lapidis ſignificationem referri poſſunt, nonnihil tamen differunt: generale nomen eſt אבן; cui proximè accedit צרור & חצץ: בזק *ſcrupulum* notat; אמרו שנקראו כן האבנים הקטנים מאד *dicunt ita vocari minutos lapides*. Ita tamen etiam vocantur אבני הברד *lapides grandinis*, *Pſalm.* 76. מעות Metaphoricè lapides notat *Eſai.* 48. nempè מצר היותם האבנים החלקות כדמות המעות *quod eſſent ſimiles nummis.* סלע *ſilices* denotat, וקשות; (prout & vox צור vel צור & חלמיש) *lapides ſolidos & duros*, ita & שמיר juxta Rabbinos eſt אבן חזקה מאד *Lapis durus admodùm*, Adamas; alibi tamen pro ברזל *ferro* ſumitur. כפים *Petra, rupes*; linguâ tamen Chaldaicâ quàm Hebraicâ uſitatum magis eſt.

c. *Harmonia* ad Chaldæos tantùm & Æthiopes ſe extendit, quibus אבן & אבנא lapidem notat. Syria hanc radicem planè non agnoſcit. Arabia alio ſignificatu.

d. Ad *Philologiam* ſpectant ſequentes quæſtiones.

A. Quid ſit אבן טוען *Lapis errantium?* Hujus fit mentio in *Gemara*, Bava Metzia. Fuit lapis permagnus Hieroſolymis erectus, ad quem accurrebat qui aliquid perdiderat, & qui invenerat. Hic rem inventam

pro-

quasi herbam magnam producunt, lugentum more, quæ comas instar graminis alunt. Atque ab hac etiam significatione videtur Chaldæorum אבול *horreum, granarium*; quamvis aliis à יבול deducatur.

III. *Vnde* אבולין *Talmudicis significet*, Potentes, Magnates? Ita enim Glossa ex *Bava bathra* explicat, & vult quidem, majoris fuisse authoritatis & potentiæ, quàm strategos: potuisse etiam, nomine regis, pleno jure aliquid scripto mandare, ut hæc & illa fierent. Quidam putant א esse servile, & simplex esse בולי quod *divites* notat, ut בוטי *Pauperes*. Ego verò hujus etiam vocis usum ab *Arabibus* promanâsse existimo, quibus vox אביל notat 1. *tristem, mærentem*. 2. *Monachum Christianum*. 3. *Caput & Antistitem* Monachorum, unde & אביל אלאבלין *Antistites Antistitum*, Dominus Dominorum, quomodo *Christum* Syri, vel Chaldæi, Arabicè loquentes, appellant.

אבן. a. Radix hæc verbalis non est usitata vel Hebr. vel Chald. vel Syr. *Arabibus* planè alia significatione nota. Soli occurrunt *Æthiopes*, quibus אבן significat *lapidem fieri*, unde nomen sex punctorum אֶבֶן 1. Propriè *Lapis*, fœmininum semper in singulari; in plurali tamen masculinam admittit terminationem. Nomen est *generale*, quod lapidem notat quemlibet; Nam quod speciatim *lapidem, unde ædificium exstruitur*, quasi à בנה *ædificavit* deductum quidam velint, id & usui & rationi Etymologiæ repugnat *Hagg*. 2, 15. antequam poneretur אבן על אבן, *Lapis super lapidem*. Cum *epithetis* significationem sæpè speciei mutat; unde אבן חן *Lapis gratiæ* i.e. pretiosus. *Iof*. 10. v. 11.

Per *Metonymiam Synecdochicam* id ferè, quod ex lapide est factum, denotat; & *1*. quidem quodlibet *vas lapideum*. unde *Exod*. 7, 19. pro באבנים Chald. habet אבנא *Vasa lapidea*, lateres lapidei. 2. *Idolum* ex lapide sculptum. *Ier*. 2. 25. Dicentes לאבן, *tu genuisti me* Chald למה מתעבדמן אבנא *Illi quod factum est ex lapide*. 3. *Pondus libra*. Deut. 25. 13. Non erit tibi in sacculo tuo אבן ואבן *Lapis & Lapis* i. e. geminum pondus, σταθμὸν καὶ σταθμὸν, μικρὸν καὶ μέγαν.

Καταχρηστικῶς de qualibet *massâ perpendiculi*, plumbea etiam & stannea. Sic *Zach*. 4. v. 10. אבן בדל *Ponderis stannei*; & *Zach*. 5. 8. אבן העפרת *Lapidis plumbei* fit mentio.

IV. Tandem etiam Metaphoricè *Doctores* notat, quo nomine

quomodo 1.*Sam.*6.18.legendum ſit. Ponitur, juxta quoſdam pro אבן i.e. *lapide*, ut ex v.15. liquet. Idem obſervat *Schindlerus* ex Chaldæo Paraph. qui habet אבנא רבתא unde & *Iun. ad lapidem illum magnum, ſuper quem collocârunt arcam.* Ita LXX ἕως λίθου τοῦ μεγάλου, quod longè melius eſt, inquit *Capell.* uti liquet ex v.14.& 15. Ego verò ſimpliciter lectionem textus Hebræi retinendam eſſe puto. 1. Quia illa in noſtris ubiquè exemplaribus recepta eſt. 2. quia hæc lectio confirmatur aliis locis parallelis. Sic *Goren Athad*, ob luctum Iacobi quo Ægyptii eum luxerunt, vocatur אבל מצרים *Geneſ.*50.v.10.11.3. quia etymologiæ ratio habetur in ipſo textu v.19. *Percuſſit autem aliquot ex viris Bethſchemes, quia introſpexiſſent in arcam Iehovæ; percuſſit inquam è populo ſeptuaginta viros, & quinquaginta millia virorum* ויתאבלו העם *luxitq; populus*, quod percuſſiſſet Jehova populum plagâ magnâ. 4. Ita legerunt vetuſtiſſimi, *Symmachus*, ἕως ἀβελλαῖς μεγάλης. *Iſa bar Ali* אבל רבתא explicat כאפא רבתא דעליה סמוה לקבותא דריאתיקי Arab. חגר עטים לקבת ויצעדה אלדי אלעהד. *Eſt lapis magnus, cui impoſuerunt arcam fœderis.* 5. Exempla in contrarium allata nihil obſtant. Aut enim Chaldæus & LXX. אבל ſumſerunt pro אבן per commutationem literarum ל & ן, prout לשכה & נשכה dicitur. Ita *Arab.* אבל & אבן eſt *lugere*; *Hoc ſenſu Rab. Sol. & R. Eſaias* ſumunt, & *Iſa bar Ali* accepiſſe quoquè videtur. Aut ſenſum magis reſpexerunt quàm verba. Prout *Iun.* vertit quidem, *ad lapidem illum magnum*: in marg. tamen notat: Hebr. *luctum. Nam ſic denominatus fuit lapis affini nomine à luctu populi*; authoritate Kimchii, cui eſt tractus, campus, regio protractior.

II. Vocis *ſignificationem.* Vnde fit, ut quidam hanc vocem vertant *planitiem*, vel *campum*, ut *Iudic.* 11.v.33. אבל כרמים Planities vinearum i.e. vinetum. c.7.22. אבל מחולה *Campi Mehola*: urbs, quæ Eliſæum Prophetam tulit, medio inter Jordanem & Sichem itinere ſita? Reſp. Ex ſola Lingua Arabica hujus rei ratio dari poteſt, quâ verbum אבל inter alia, *gramen longum evaſit*, quod in campis illis fieri ſolet, ſignificat. Vnde nomen אבל *fœnum recens.* Hinc אבלה *faſcis graminis & fœni.* Talem ergò locum notat, qui & ſpatioſus eſt, & fœcundus, *pratum.* Haide/Wyſe. Hinc ut Elias Levita obſervat *Thren.* 1,4. דרכי ציון אבלות vertit, *quaſi*

vi luctu, petito à luctu filii, qui deflet matrem suam, in cujus utero formatus, gestatus & involutus fuit; vel *impropriè*, de viis &c. *Thren.* 1, 4. Viæ Tzion אבלות *Lugentes*, eo quod nulli veniunt ad festum i.e. vastæ, desertæ, solitariæ.

Vel *Substantiva*, tum *appellativa*, אֵבֶל Luctus. unde *Jerem.* 6, 26. אבל יחיד *Luctus unigenæ*, unigeniti, qualis esse solet, quo lugetur unigenitus, i.e. gravissimus. בית אבל Domus luctus. *Ecclef.* 7, 4. Locus, ubi conveniunt, qui mortuos lugeant, & ad sepulchrum deducant; aut lugentes consolentur, & suæ mortalitatis se moneant. Tum *propria*, ut אָבֵל nomen loci, à luctu sic dicti. Vnde אבל מצרים *Abel Ægyptiorum*, quod septem ibi dies Jacobum luxerunt.

II. *Synonymia*, quæ, nominaliter expressa, in *Ohel Moëd* decem ponitur nominibus. Hebræis ergo mœrorem & tristitiam notat. 1. vox אבל, ut diximus. 2. יגון *Jes.* 35. יגון ואנחה. 3. און *Deut.* 26. לא אכלתי באוני ממנו 4. דְּאָבָה *Job.* 41, 22. ולפניו תדוץ דאבה *& coram eo exilit mœror.* &c. 5. מפח cum voce נפש *Job.* 11. מפח נפש i.e. דאבון נפש. 6. דאגה quod solitudinem aliàs Chaldæus reddit. *Ezech.* 4. אכלו לחם בדאגה *Ederunt panem cum dolore.* Distinguunt tamen Hebræi inter דאגה quod *dolorem* notat *futurum*, & יגון *præteritum.* 7. Referunt hûc vocem ליוה cum affixo ן. *Job.* 3. לויתן i.e. אבלם. 8. מִרְזַח *Amos.* 6, 7. וסר מרזח הסרוחים *& recessit luctus luxuriantium.* Alii tamen simpliciter מרזח vertunt הרמת קול *Elationem vocis*, & tam in bonam quàm malam sumunt partem: i.e. בכי fletus, vel שמחה gaudii. 9. מגנה cum voce לב *Thren.* 4. מגנת לב i.e. אבל ויגון. 10. עגם & עגמה *Iob.* 30. עגמה נפשי, &, per metathesin, אגמי *Ies.* 19, 10. אגמי נפש pro עגמי. Quæ quidem nomina etsi non idem planè fortè notent, sunt tamen valdè affinia.

III. *Harmonia.* Vsitata est *Chaldæis*, *Syris* & Arabibus. 1. Radix, sive verbum, *Luxit.* 2. *Derivata* adjectiva Hebr. אָבֵל Chald. Syr. אבילא quam etiam vocem Arabes suam fecerunt, sed ex Syria mutuatam, ut fatetur Chamus. *Substantiva* Hebr. אֵבֶל Luctus. *Chald.* & *Syr.* אֶבְלָא & אֲבֵלוּתָא & אֶבְלוֹ Prop. Chald. אֶבְלָא

IV. *Philologia*, ubi quædam. 1. concernunt *lectionem*: Quæritur

 quo-

trem in plerisque referentibus ; *hæc* verò alia addunt, perfectionis majori, quàm Harmoniæ, habita ratione. Tale est πολύγλωττον Anglicanum, quod Persicam etiam addit, non quod affinitatem cum reliquis (nisi quæ ex Arabia mutuavit) habeat, sed ut ne quid operi ad intelligenda Biblia πολυγλώττα desit. Sed & Harmonica etiam vel *limitata* sunt, vel *illimitata*. *Illa* earum tantùm radicum quærunt harmoniam, quæ vel in textu *Hebraico* occurrunt, vel *Chaldaico* tàm Sacro quàm Ecclesiastico Thargumim; vel *Syriaco* N.T. vel *Samaritano* Pentateuchi translati: *Hæc* verò ordinem sequuntur Alphabeticum, universum, nulla planè omissâ literâ, nisi incompatibili (cujusmodi in Linguis Orientalibus quædam sunt) quam operam, ut utilem ducimus, & Linguarum studio commodam, sic jam antehac eandem aggressi sumus. Continuatio θεῶν ἐν γούνασι κεῖται.

Posterior verò gradus ita vocum Hebraicarum *Etymologiam*, Συνωνυμίαν *Harmoniam* tradit, ut *Philologiam* simul sacram paulò pleniorem tractet, usumque Linguarum Orientalium, Hebraicæ cumprimis, per universam Theologiam ostendat. Videamus hujus gradus specimen ex uno atque altero exemplo.

אבל *Luxit, in luctu fuit*: in Kal semper, neutrum, in Hiph. transitivum est. Primariò atque *propriè* homini tribuitur mortuum suum lugenti, quo significatu in Kal non exsistit nec apud Hebræos nec Arabes. Usitatissimum est in conjugatione Hithpahel, quâ vel *verus* notatur luctus. *Exod.* 33, 4. ויתאבלו Et *lugebant*, nec ullus, ponebat עדיו *ornamentum suum* super se: vel *simulatus*, ut 2. *Sam.* 14, 2. התאבלי *Finge, simula te*, ô mulier, *tristem*.

I*mpropriè* verò, ut oppositum γελᾶν Græcorum, & Latinorum *Ridere*, dicitur de *rebus inanimatis*, ut sunt regiones, urbes, munitiones, agri, segetes, fruges, quæ inculta, devasta, in situ & squalore jacentia dicuntur lugere. sic *a. de terra* Meton. pro incolis *Esai* 24, 4. אבלה Luxit terra. *Chald.* תרעת. *b. Portis*. *Ies.* 3, 27. ואבלו Et lugebant portæ. *c. Musto*. *Esai*. 24, 7. אבל Luxit mustum.

Derivata sunt vel *Adjectiva* ut אָבֵל *Lugens*, quod etiam vel *propriè* sumitur *Psalm*. 35, 14. כַּאֲבֶל אֵם *sicut lugens matrem*: *Metaphoricè*, de gravi lu-

dunt Orientalis, qualia ſunt Lexica *Hebræa*, Pagnini, Buxtorfij; *Syriacum* Troſtij & Ferarij; *Arabica*, Golij, Giggæi, Raphelengij; *Samaritanum* Morini; *Æthiopicum* Wemeri, quo tamen abſolutius exſpectamus ab Æthiopicæ Linguæ feliciſſimo cultore, Nobiliſſ. D. *Ludolfo*. *Harmonica*, quæ vel duarum, vel plurium etiam Linguarum Harmoniam tradunt. Talia ſunt *Buxtorfij Patris* Chaldæo-Talmudico-Rabbinicum; *Filij* Chaldæo-Syriacum; quo & Lexicographi illi Oriental. referri poſſunt, de quibus *Bibl. Oriental.* p. 261. Accedet propediem Lexicon πολύγλωττον Anglicum, quod nobis pollicetur, non Harmoniam ſolùm Radicum *Hebraicarum*, *Chaldaicarum*, *Syriacarum*, *Samaritanarum*, *Æthiopicarum* & *Perſicarum*; (quò & hæc Harmoniam admittit) ſed & abſolutum Latinarum vocum, Orientalibus reſpondentem, Indicem, qui & ipſe Lexici vicem ſuppleat; nobis pollicetur.

Theoretica, appello, quæ vel 1. *Generaliter* de vocum tantum quarumlibet tum origine, tum ſignificatione ſolicita, tribus diſtingui poſſunt claſſibus, quorum *alia* ocreas induunt, *alia* equo imponunt, *alia* calcaria addunt. Ad *primam* Claſſem pertinent ea ſive Lexica, ſive Manualia, quæ radices, earumquè derivata ita proponunt, ut eorum beneficio contextus ſacri Analyſis Grammatica inſtitui poſſit. Et horum uſus tyronibus maximè neceſſarius eſt. Præ aliis ſuo ſe merito commendat *Manuale* Buxtorfii: vel 2. ſpecialiter *Technicos* exprimunt terminos, cujus, ex Arabica Lingua, ſpecimen attexuimus *Grammat. Harmonic.* p. 161. ad finem.

Secunda Claſſis vocum naturam diligentius expendit, ipſa Grammatica accidentia examinat, analoga ab anomalis diſtinguit, & primum Criticæ ſacræ guſtum præbet. Talia ſunt Lexica *Buxtorfii*, *Schindleri*, cujus in hoc gradu magnum & luculentiſſimum ſemper deprehendi uſum.

Tertia Claſſis, ſuis iterum gradibus abſolvitur, quorum duo ſunt eminentiſſimi. *Prior* Matrem Hebræam, ejus ad Filias γειτνίασιν ſeu affinitatem obſervat, viamquè ad ſublimiorem & ſubtiliorem ſternit Criſin, ſeu Philologiam ſacram; quæ opera à πολυγλώττοις cumprimis exſpectari poteſt Lexicis, quæ iterum *duum* ſunt *generum*; alia *purè Harmonica*, alia *mixta*. *Illa* conſtant ex linguis variis, eandem tamen ma-

minicæ impoſita, juxta cauſarum genera, ordine recenſuimus, per *Sacrificium Miſſæ* vertendum erat, niſi ut privatæ cauſæ litaretur? Rogo, per DEum, annon hoc eſt apertè, manifeſtè, temerè, *authoritatem Orientis penitus corrumpere, mutilare, aut in alienum ſenſum torquere? Germanam verborum ſignificationem non deprehendere, ambigua pro certis & luculentiſſimis ſtatuere?* ſecum ergò habitare potuiſſet doctiſſimus vir, nec tot piis manibus inſultare. Sed videbatur hoc uſquè adeò ἰσίξιν μεταβεβηκέναι, ut ne ſociis fidei pepercerit. Ipſum *Sionitam*, patriæ, ſtudiorum, religionis vinculo conjunctiſſimum, hinc inde erroris inſimulavit. vid. Not. cit. p. 261. *Toto cælo*, rumore *deceptum ait, à veritate eum diſceſſiſſe Flavignium*, Doctorem Sorbonicum. p. 219. *incendiarium* Heroſtratum appellat, aliis alio nomine liberè dicam impegit; unde & epiſtola à ſuis monendus, ut *tandem aliquando minus de ſe quàm de aliis ſentiret*, & à *Gabriele Sionita* in Commonitorio Apologetico, vivis depingendus erat coloribus. Sed è diverticulo in viam: Quæ rem ipſam concernunt, & aſſertionem noſtratium de συμβιβάσει, ſeu conſenſu Eccleſiarum Orientalium cum Reformatis, qualis ille ſit, & quouſquè ſe extendat, ea alius ſunt loci. Sufficiat hac vice palàm feciſſe, *Abrahamum Ecchellenſem* ἐπινίκιον ceciniſſe ante victoriam, & nullam prorſus Doctoribus Reformatis impegiſſe hallucinationem, fruſtra & ſine ratione, quæ non jure & cum ratione, in eum & potuerit, & debuerit (nequè enim obſcurum ei erat Hebræorum θρυλλούμενον מדה תחת מדה *Menſura pro menſura*) retorqueri. Vix ſanè quiſquam alius errorum ipſius claſſes diſtinctiùs exprimere potuiſſet, quàm ab illo factum jam oſtendimus. Quæ Lexici Anglorum πολυγλώττου ſit ratio, paulò poſt videbimus. Tria in hoc præloquio reſtare videntur, ut de Lexicis Orientalibus, tam in theſi omnibus, quam hypotheſi, de hoc noſtro; eorumquè *Diſcrimine* pauca primùm adjiciamus; *Scopum* poſtea, & quid Etymologicum hoc noſtrum vel promittat, vel neget, breviter exponamus; *Regulas* deniquè in uſu hujus ſcripti obſervandas Lectori ſubminiſtremus neceſſarias.

Lexica vel *ſimplicia* ſunt, vel mixta. Vtraquè iterum diſtingui poſſunt in *Theoretica*, & *Practica*. Theoretica in *Generalia* & *ſpecialia*, quæ & τεχνικά.

Simplicia voco, quæ unius ſimpliciter Linguæ voces tradunt Orien-

losophos) *quòd Philosophi volunt, corpus esse compositum ex materia forma, Scholastici verò compositum esse ex substantia singulari, vel separa.* Hæc obiter tractatum perlegenti se obtulerunt; nec felicius in ipsi cessisse, alibi etiam, ex nupero ejus tractatu, *Histor. Orient. pl.* probavimus. Vide *Fascicul. Disput Heidelb.* p. 11. ubi magnum Scalirum, cui eandem Orientalium rerum & Linguarum *imperitiæ* inureoluit maculam, ab injusta accusatione vindicavimus. Quid? quod ne quidem Bibliothecæ Syriacæ Ebed-Jesu translatio ita comparata ut Lectori Europæo per omnia satisfaciat? Pag. 15. Ammonio tribuit *asseron* Monstrum vocabuli, pro διὰ τεσσάρων. Vide *Anal.* P. I. p. 335. 6. פושק פוקדנא Malim, *explicatio*, quàm ille, *Distinctio* præceptorum. *Bar Ali.* פושקא מחפשק תן פושקא quod יפסר i. e. *explicabit*, reddit. P. 70. verba סם כתבא דאסטרטיגיא ונוהרא עם תורגמא מלי סוכלא *Composuit librum Magistratibus, edidit praterea elucidationes ac interpretationes eruditis plenas ac variorum sensuum*; Ego, *Posuit librum de* στρατηγίᾳ i. e. *acie onaria*, vel Synecd. de *Regimine Ducis, Præfecti militaris, Imperato-Capitanei* &c. *cum explicatione plena eruditionis*; non, *variorum sen-*, quorum verborum in contextu Syriaco nec vola extat nec vestin. P. 72. Honaini tribuitur Lexicon דפסיקתא quod *compendiosum*; it: Cur in mendo cubare scriptionem & versionem existimemus *Lexicon dedit vocum faciliorum*, magis obviarum, perspicuarum, ea nari sinunt, quæ tum de hoc *Honaini* Lexico, ex *Isa bar Ali* monui-. p. 297. *Bibl. Orient.* tum celeberrimus in hac materia usus vocabu-פשיק quod עסקתא *difficilibus, obscuris* opponitur, & פשיקאית *clare, cuè.* Vid. lib. cit. p. 295. 297. 303. sed & verba p. 83. ופושקא דמליליותא דארסטטלס *Explicavit etiam Dialecticam Magni Aristotelis*: pro, Et *a commentaria in Aristotelis Dialecticam dedit*; ἀλλόκοτα sunt. p. 91. potiùs *falsò cultos*, quàm *falsos cultus* verti debet. ut enim verum en ab אלה *veneratione, cultu, reverentiâ* derivatum sæpiùs jam inimus; ita & κακοζηλία Gentium Idola ψευδολατρευόμενα דחלן *Metuendo-* nomen acceperunt. Cur verò קודשא p. 95. quod *sanctum* propriè synecd. pro *sanctis* Cœnæ Dominicæ *symbolis*, apud Syros sumitur, ut apud Græcos ἅγια vocantur, ceu diximus tum in *Anal.* P. I. p. 368. upera *disputat. de Cœna Domini*, ubi nomina Veterum Cœnæ Dominicæ

Et traximus , movimus , adegimus montes ut cum Davide laudarent (DEum) Doctiss. *Ryer* in sua translatione Gallica; quâ tamen accuratior non habetur; planè omittit vocis genuinam significationem, sensu contentus, *les montagnes nous ont adorè avec David. Beidavi* de motu montium proprio, locum *quosdam* interpretari monet, laudisquè & encomii præconio itidem proprio; *alios*, per metonymiam, creationem montium, causam laudis explicare. Quicquid sit, nihil hic de usu mortalibus præstito, *relate*; sed de motu stellarum *absolute* cogitare necessum erat. Explicationem nostram præter Alkorani stylum, quem scriptores doctissimi imitari libenter solent, confirmant antecedentia, ubi de animarum separatarum statu, revelationib. & apparitionibus agit; unde postea infert, *ex eodem fonte manare doctrinam de motu stellarum.* Manant nempè hæc omnia ex veterum hypothesi, quæ principium motus cœli non naturam statuit, sed animam. Quam sententiam *Majmonides* scripturæ etiam testimoniis prolixè confirmare conatus est in *More Hannev.* P.II.c.4.5.6.7.8. Genuina ergò loci interpretatio erit: *Motus* (qui per Metaphoram *angariarum* nomine venit) *stellarum ex hoc manat fluvio*: non: *servitus quoq; exhibita mortalibus à Planetis & Astris ex eodem est fonte.* P. 81. ומתכלמון ארכאן אלחכמה כד ומוהם transfert: *Porrò impugnantes fundamenta Philosophiæ seu Metaphysici aggressi sunt illos.* Valdè incommodè, & sensu & Grammatica repugnante; pro, *Metaphysici autem sive Theologi Scholastici* (de quibus actum tum in *Hist. Orient.* p.560. tum in *Bibl. Orient.* p.186.) *columnæ, præsidia sapientiæ* (hoc enim nomen paulatim subtilitate suâ erant meriti) *cùm eos* (Philosophos) *essent aggressi.* Vel pueris notum est, abijci Nunnationem in constructo, (videatur Grammat. Arab. *Erpen.* p. 142.) quæ hic retinetur, nec proinde ferenda translatio in statu obliquo vocis ארכאן quæ ad subjecti descriptionem pertinet. Sed & dissidia Philosophis cæteris fuisse cum Scholasticis illis, quos Loquentes illi appellant, ex Majmonidis satis manifestum est relatione. *More Hannev.* P.I.c.71. Tu verò, Lector, vel de solo hoc judica loco, quàm cœcos securitas & scientiæ opinio pariat catulos. Eadem etiam pagina, verba ומלמתאל פי דלך אלכלאף minùs accuratè observes translata: *Cujus autem rei exemplum est contrarietas*; pro, *Exemplum autem hujus contrarietatis* (inter Scholasticos & cæteros

Philo-

am imaginum contra Persam defendat, operosè ostendere conatur uthor, p.149.150. Idolum vult, propriè dicit צנם & וְתַן; juxta illud Kausi, צנם ותן יעבד zanama *est idolum, quod colitur.* Negat proinde filium ocari posse צנם או וְתַן אלאב *Idolum patris.* Nolo, quàm sit accurata hæc *lysis* examinare; illud certum est, vocem Arab. צנם ratione propriæ & rimitivæ significationis idem esse, quod Hebr. צלם quod utique non *dolum*, sed *effigiem, imaginem, similitudinem* significat. Videatur Rad. צלם ex *Etymol.* & *Hexaem.* p. 264. usu tamen paulatim obtinuisse apud Arabes ut pro idolo, id est, imagine idololatricè culta sumeretur, libenter largimur. Satis est, *Guadagnolum* suo hîc succumbere gladio. Sed uorsum aliorum conquiramus lapsus? Ipse novit *Ecchellensis* (queritur tiam ea de re, Not. *in Ebed Iesu* p.207.) plaustra sibi errorum objecta fidei suæ sociis. Neq; verò satis fuerit, vernaculæ linguæ prætextu fi-em redemisse; aut ab impactâ accusatione se purgâsse, nunquam Europæis deerunt argumenta ὀφθαλμοφανῶς probandi, & Ecchellensi vel verbis, vel rebus etiam Orientalibus cespitare minimè fuisse insolitum. Ostenderunt hoc ex Romanæ Ecclesiæ Antistitibus non pauci, *Iavignius, Gabriel Sionita*, alii; & quidem nuper demum *Ioh. Morinus*, e Sacris Eccles. Ordinat. p.495. Sed & nobis in rem præsentem ire placebit. Prodiit hujus seculi anno 41. Lutetiæ, ejusdem *Ecchellensis* o-erâ, tractatus Arabico-Latinus, *Synopsis propositorum sapientiæ Arabum Philosophorum;* inscriptus, *speculum Mundi repræsentans.* Mole on magnus est liber, notoriorum tamen errorum maculis ita aspersus, ut non reprehendi tantùm, quod ab illo in nostris immeritò fit, sed deprehendi ignorantiam, campus pateat latissimus. *Pag.* 72. legimus: ותסכיר אלכואכב מן הדא אלוא quæ verba sic vertit: *Servitus quoq; exhibita* mortalibus à *Planetis & astris ex eodem fonte s. causa.* Scio equidem, vocem סכר usitatissimè notare *angarias*, *servitutem*, *operam impensam, absq; mercede;* Alcorani tamen stylo *officium creaturarum* exprimit etiam irrationalium, in usum hominum à DEO concessum, vel ordinariè, vel extraordinariè, quale quidem in stellis est motus earum perpetuus: alibi montium motus vel extraordinarius, vel improprius hoc verbo designatur. *Surata.* 2. de Prophetis p, m.180, וסכרנא מע דאוד אלגבאל יסבחן

 Ex-

qui Ipse, ut in *Cipp.* nostris *Hebraicis* monuimus, aliorum fraudem, qui Arabicam ab aliis Linguis secernere non poterant, detexit; & tamen quot lacunas ubiq; habet in suo Lexico Coptico-Arabico, quot παρερμηνείας in Oedipo Ægyptiaco? Consulatur *Biblioth. Orient.* p. 273. & 315. *Philippus Guadagnolus*, qui Arabes Arabicè ausus est aggredi, nō obscura tamen hinc inde in *Apolog.* pro Relig. Christ. reliquit ἀτπήματα. Quam ab Arabicæ historiæ peritia alienum est, quod p. 7. verba Arabica Alcorani; אדכר פי אלכתאב אדריס *Mentionem fac in libro de Esdra*; pro *memento*: *Edrisi* i. e. Enochi, prout prolixè illud assertum à nobis est *Histor. Orient.* p. 31. & *Smegm. Orient.* p. 239. quem tamen eundem errorem modo antè etiam commiserat. P. 40. אל חואריון vertit *Coadjutores Prophetarum*, quod *Kamusi* probat authoritate, cui vox חוארי idē est quod נאצר אל אנביא seu אלנאצר *Adjutor Prophetarum*, cùm observare debuisset, in ejusmodi peregrinis vocabulis, ne Arabibus quidem tutò adhibendam esse fidem. Vbicunquè enim inter ipsos de voceali quâ אשתקאק non convenit, Alcoranica cumprimis, dispiciendum, annon ex alia Lingua desumta illa fuerit. Vertat Kamus pro *Coadjutore*; prout & ipsi *Append. Grammat. Harmon.* p. 183. significationem illam indicavimus, alii tamen longè aliter. *Beidavi* scribit, Apostolos אלחואריון vocari לכלוץ ניתהם ונקא סריותהם וקיל כאנוא מלוכא ילבסון אלביץ אפתנצר בהם עיסי מן אליהוד וקיל קצארון יחורון אלתיאב אי יביצונהא *Propter sinceritatem instituti eorum, aut puritatem arcanarum cogitationum eorum. Alii dicunt Reges fuisse, albis indui solitos vestibus, quorum auxilio usus fuerit Iesus contra Iudaeos*; (mirum Candidatorum veterum mentionem non occurrisse) *Alii dicunt fullones fuisse, qui vestes dealbarent.* Nugæ & tricæ! Propriè *Apostolos* exprimit vox Arabica, ex Æthiopia tamen petita, cui minimè ignotam esse, vel originem, vel derivata, ex Etymologico nostro Rad. חור luculenter patet. Nec felicius successit p. 42. translatio verborum אקצי אל מדינה *de vico civitatis*, pro, *ab extremo civitatis*. P. 297. & 298. אלאת אלעזי *Alete Aloza*, uno nomine. Vnicum esse nomen, unicumq; idolum Arabibus ipsis non persuadebit, ceu ex domesticis eorum monumentis eruimus, in *Histor. Orient.* p. 231. *Beidavius* certè, expressè trium meminit idolorum distinctorum *Allath, Alozza, Menath.* אצנאם vocat author, quod *idola* notat distincta, non unius diversas figuras vel imagines, quod ut cul-

tum

tam Linguarum Syriacæ & Arabicæ notitiam; nôrit tamen, ipsis iam Europæis τοιούτων μυστῶν θύραζε εἶναι ἀρθόνως, Imò, si quod res est, affirare velimus, eruditum Linguarum Orientalium studium conjunim, feliciùs longè ab illis tractatur, quam ab ipsis Orientalibus popu-, quibuscunque tandem. *Arabibus* non desunt Lexicographi accutissimi, sed ubi sexcentis Arabicis terminis vel una illapsa fuerit vocu-Syriaca, quàm prodigiosæ ubiquè conjecturæ? Syris in sua arte & Linua de Syriacis credendum; at ubi purus Hebraismus irrepat, fumus uque atque nodi. Exempla habes in *Fascic. Differt. Heidelb.* p. 288. Eam & Hebræorum ratio est, qui extra Palæstinam aut Babyloniam dem non extulerunt; unde in explicatione vocum Hebraicarum & almudicarum tot eruditorum dividiæ. Medicinam huic malo attuse nos speramus quartâ Harmonici nostri areolâ, quæ de Harmonia it filiarum inter se. Non negabunt scio, æqui rerum æstimatores, urima vel apud *Syros*, vel *Talmudicos*, vel *Æthiopes* etiam dubia, aut anè hactenus ἀσφυήνιστα, ex *Arabica* in hoc Etymologico nostro recuta esse harmonia, & vice versâ. Nolo exemplis agere; Singularum gellarum frontispicia indicium faciunt. Quin imò multa hac rane ad ipsius S. Scripturæ loca difficiliora commodiùs explicanda, tenduntur subsidia. Vidit hoc, & ad me, nihil tale dum exspectanm, vir in hac literatura summus (cujus etiam judicium in his studiis icum, omnium instar mihi est) ita jam scripsit. *Lexici harmonici specimen per mihi placuit, & maximam ejus utilitatem video, dum uno conm, unius ejusdemq. radicis significationem in diversis linguis, vel conveentia, vel diversitas lectori ob oculos ponitur, quod non sol m ad dignondam primam & nativam cujusq. vim prodesse, sed & ad locorum Scriuræ variorum explicationem & intelligentiam multum inservire potest.* on igitur fungi planè aut stipites censeri debent Reformati Euro-i. *Sed quid si subinde in explicatione vocum Orientalium impingant, t eas non assequantur?* Nunquam bonus dormitat Homerus? Habere guas istas suas difficultates non negamus; quæ tamen amicè potiùs rrigi, quàm tanto cum probro objici debent. *Athanasio Kirchero* eam, nium Linguarum, adeoquè & Arabicæ peritiam tribuit. *D. Plempius* co citato, ut Avicennæ jam versionem promittere ausus fuerit, imò

 qui

maximè, injurium est, quòd falsarii ubiquè & παρερμηνεύοντες traducantur, *quasi anthoritates ex Oriente allatas penitùs corrumperent, aut in alienum sensum contorquerent, germanam verborum significationem ut plurimùm non deprehenderent, ambigua & obscura pro certis & luculentissimis statuerent.* Μεγαλαλίαν αἰτήματα, quæ deprehendere author, & ad oculum monstrare, si fidem mereri voluit, debuisset, non reprehendere tantùm. Alia ante hac ipsi mens erat, aliud de Reformatorum in Linguis progressibus judicium. Paulò ante (referēte *Nihus.* programm. cit. p. 7.) fassus erat, *singulare certamen eò libentiùs se suscipere, quod benè sciret, non deesse Ministros, qui Linguas optimè callerent Orientales, præsertim Syriacam & Arabicam.* Quantum ergò ipse mutatus ab illo? Mirum est, viros religione quidem, non tamen animo à nobis studiisquè nostris aversos, ex hoc tripode oracula sua non petiisse, vel saltem ex eo nobis derogare fidem didicisse. Sed vicit ingenua pectora singularis eorum in rem literariam, ejusquè studiosos, favor, qui longè major erat, quàm qui cæcis abrepti judiciis, in causa communi forum Europæorum, Reformatorum etiam, declinarent. Celeberrimus ille & verè πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων ἰητρὸς ἀνὴρ, *D. Vopiscus Fortunatus Plempius*, Professor Lovaniensis primarius, & Archiat. meritissimus, primam Canonis Avicennæ sui partem editurus, quâ modestiâ est, non Nobiliss. tantùm Antonium du R*yer* &c. sed & magnum illum *Golium*, & Celeb. *Pocokium* Anglum arbitros sui constituit laboris. *Interea* (verba sunt *doctissimi* Viri) *dum illam exspecto, cum hoc primo tomo prodeambulabo, istum seculi nostri Hipparchum. D. Iacob. Golium in Academia Leydensi Orientalium Linguarum Professorem, Arabissantium Principem Nob. D. Andream du Ryer, toparcham in Malezair, qui Alcoranum elegantissimè in Linguam sibi vernaculam Gallicam vertit. Eduardum Pocockium Anglum, qui Gregorii Malatiensis specimen historiæ Arabum Latinè & Arabicè edidit, notisq. doctissimis, ac penitiorem ejus Linguæ peritiam declarantibus amplificavit. Hottingerum Helvetium, Heidelbergæ Professorem. Deniq., quem jam nominavi, Vaterium: & alios* peritos judices ac censores *auditurus*. Non invidemus Ecchellensi viro, cætera erudito, patriam, adeoquè congenitam

is injecta est mentio. Scriptum est non usque adeò antiquum, rarI-
tate tamen & usu suo, maximè æstimandum, cujus copiam *Sereniss. Princeps Elector*, &c. &c. Dominus meus Clementissimus, mihi non ita
pridem fecit, & de quo locus dicendi uberior erit alibi. πολυπραγμοσύνης
maculam alij adspergunt, illi præsertim, quibus domi hæc bona nascuntur, & qui naturæ beneficio deberi volunt, quod industria hactenus
Europæi suum fecerunt. Movet hanc contra nostros querelam *Abrahamus Ecchellensis*, Syriacæ Linguæ in almo urbis Gymnasio publicus
Lector, cujus verba præfat. in *Catal. lib. Chaldæorum Hebed. Jesu*, Metropolitæ Sobensis posita, repetita postea à *Bartold. Nihusio*, Programmat.
ad Protest. Academ. S3. p. 8. ita habent: *Novatores cum suam causam cadere videant, à Græcis, Latinisq́ Patribus, & Scriptoribus ad Orientales, Syros, Arabes, aliosq́ provocant, inde sibi quæritantes præsidium, unde perniciem metuere debent. Quam enim ex illis attulerunt hactenus auctoritatem, nisi priùs eam penitùs corruperint, mutilarint, aut in alienum exorserint sensum? Germanam verborum significationem, ut plurimùm, non deprehendunt; ambigua & obscura pro certis, & luculentissimis statuunt. Cùm interim ea, quæ in clarissima luce versantur, quòd ipsorum commenta radicitùs extirpent, omninò prætereant, neq́ de illis ullam prorsus audeant facere mentionem. Sic suum adhibuit Eutychium Alexandrinum Iohannes Seldenus; sic suos Auctores Iohannes Henricus Hottingerus in Historia Orientali; sic Georgius Calixtus; sic Ludovicus de Dieu; sic Constantinus l' Empereur; sic Claudius Salmasius; sic alij. Quasi eadem facilitate, quâ peregrinam eruditionem inani ostentatione apud suos ementiuntur; eadem possent cordatis hominibus imponere, & invitos, ac reluctantes Orientales in suas pertrahere partes. Sed utinam! Princeps Eminentissime, utinam! ingenuè ad Orientales provocent isti, velintque aliquando ad hoc certamen nobiscum venire. Discent profectò, discent, Orientales scriptores, cujuscunque secta, multò acriùs Catholicæ fidei firmamenta propugnare, quàm ipsi tentent convellere, eosque potissimùm experientur adversarios, quos errorum suorum fautores esse contendunt.* Quæ de statu Ecclesiarum Orientalium dicenda essent, jam non tangemus; fiet illud, proximè, σὺν Θεῷ, peculiari, de *Orientali Theologia*, tractatu. Illud verò & in Translationes, & studia Orientalia Europæorum, Reformatorum

vel ab architecto requiritur, ut materiam de suo suppeditet, satis est, si artem afferat, ejusque beneficio disjectos hinc inde lapides, ligna, &c. ita disponat, ut si non raræ aut artificiosæ, utilis tamen aut necessariæ structuræ relinquat opus.

Hoc verò fuerit post Homerum Iliada scribere? Aliunde suppetunt Lexica Harmonica; πεντάγλωττον *Schindleri* jam extat; *Anglicum* verò πολύγλωττον indies exspectamus? Neutrum nego. Neutrum etiam scopo nostro incommodat. Sive enim molem spectes, sive methodum, sive linguarum etiam Harmonicarum numerum, habet hoc nostrum Lexicon sua præ illo compendia. *Illud* πεντάγλωττον est; hoc ἑπτάγλωττον; *illud* fusum, *hoc* contractum. *Illud* voces ferè Syriacas, quæ in N.T. tantum occurrunt; Æthiopicas rariores, Samaritanas nullas explicat. In *hoc* verò *Syriacarum* vocum magna ex Lexico Msc. *Isabar Ali* (cujus & *Ebed Iesu* in Bibl. Chald. p. 111. meminit, & nos in *Bibl. Orient.* 294) accessit seges, quæ ad V.T. translationem Syriacam percipiendam multum confert. Paucos quosdam terminos Ecclesiasticos suggessit *Johannes Morinus* Not. ad Syrorum Ordinationes, quæ extant in Comment. de sacris Ecclesiæ Ordinationibus. p. 489. & deinc. Hoc enim tantùm scriptum intelligimus, quotiescunque ferè *Morini*, in hoc Etymologico nostro mentionem facimus. Sed præter hanc messem Syriacam *Æthiopicæ* insuper & *Samaritanæ* Linguarum accedit spicilegium. Illud grata, maximam partem, accepta iterum ferimus mente laudatissimo toties amico, D. *Jobo Ludolfo* Celsiss. Principi Vinariensi à Consiliis dignissimo, qui integram nobiscum radicum Æthiopicarum Syllogen communicavit. Cætera ex *Apparatu* & *Appendice* operis Londinensis πολυγλώττου mutuavimus. *Samaritanum* breve Lexicon scripsit *Joh. Morinus*, obscuriores quasdam voces explicuit *Edmundus Castellus*, peculiaribus in Pentateuch. Samarit. observationibus, quæ insertæ sunt Tomo VI. Operis Anglicani. Nec alios volo, cùm *Notarum Castelli* memini. Ex utroque tantum depromsi authore, quantum scopo meo inservire videbatur. *Morini* opera heic loci non erat contemnenda, pluribus tamen in locis, quod fecimus, emendanda, sæpe enim radices easdem separat, separatas conjungit. Semel, in Æthiopicis Confessionis *Claudij Æthiopum Re-*

gis

:d vel curſoriæ repetitioni, vel obſcuriorum vocum explicationi, O-ientalium Linguarum Harmoniæ, ſoliquè adeoque Lexicæ peritiæ onſulere voluimus. *Nativi* deſunt *characteres*? Deeſſe facilè paſſus im, ut evidentior harmoniæ ubiquè eſſet ratio. Infirmos juvant, ex-rcitatos non impediunt, utriſquè compendio ſunt, ejuſdem ubiquè Matris Linguæ elementa. *Non ea ubiq; ἀκρίβεια, aut certitudo, in quâ ac-uieſcere deinceps poſſimus?* Tu ergò aut certiora da; aut ϛέργε τὰ παρόντα. rima hæc eſt alea, tentamen novæ methodi: ubi illa ſucceſſerit, facilè erit vel mihi, vel aliis, inventis addere. Orientalium utcunquè perre-tavi cavernas, nec puto vel vocem negligenter omiſſam, quæ vel Theo-ogicæ, vel Hiſtoricæ etiam rei lucem fœnerari queat. Sed *facilis & bjectus, imò inglorius hic eſt labor,* proinde aliis relinquendus? *Facilem* ui ſomniant, nondum ex *Scaligero* didicerunt, quantæ ſit molis, quan-equè moleſtiæ Lexica ſcribere.

Si quem dura manet ſententia judicis olim
Damnatum ærumnis ſuppliciiſquè caput
Hunc nequè fabrili laſſent ergaſtula maſſa,
Nec rigidas vexent foſſa metalla manus:
Lexica contexat: Nam cætera quid moror? omnes
Pœnarum facies hic labor unus habet: Cætera non

:tendimus. *Inglorius* ſit, *abjectus* ſit hic labor, cum magnis eum viris abemus communem; modò utilitate ſuâ externam Φαντασίαν compen-t. Παροράματα *quædam irrepſerunt?* Non mihi ſaltem contigit, ut ob-ſtetricum negligẽtia formoſiſſimo fœtui fraudi eſſe poſſit. Ἀμεθοδία *for-turbat?* Et hîc veniam merentur Lexicographi. *Si* (ita non malè vir octus) *quid amethodiæ cõtingat Lexicographis, condonari debet, quia aliàs urimos labores habuerunt in tot mille vocum conquiſitione & explicatio-, exemplorumq; citatione è probatis authoribus. Lexicon requirit totum minem, nec quicquam difficilius eſt ſcribere, quàm novum* Lexicon *& ſin-lare.*

Aliunde pleraq; petita ſunt? Non noſtra eſſe poſſunt, quæ ex alienis toto cœlo diſtantibus Linguis communicamus. Helvetius natus m, non Hebræus, non Arabs, non Syrus. Quid verò tua refert, unde utuata habeas, quæ commodo tuo methodicè congeſta ſunt. Non

vel

nicidictum satis est in genere; paulò propiùs nunc accessuri, de *Scopo* quoquè nostro, modo item & ratione hujus tractandi cum fructu scripti præfabimur. Illius rectè indicandi tantò major urget necessitas, quantò plures vel malevolorum, vel μισογλώττων prævideo censuras. Vix certè alibi plures armatæ Linguæ, & lividi oculi extimescendi videbantur, quàm in molesto hoc, tædiique pleno opusculo. Jejunam quidam objicient *brevitatem*? Quasi non possit esse Lexicon, quod vocum tantum spectat naturam & significationem, *breve* simul & *absolutum*? Injuriam facerent Hesychio, quem *Principem literaturæ Græcæ* vocant, si brevitas soliditatem Lexici ejus impediret. *Lacunæ* aliis displicebunt, & *chartæ*, magnam partem, *vacuæ*? Placebunt aliis & fortè pluribus; Illis certè, qui Methodi nostræ rationem eas necessariò flagitare vident. Neque aliis, sive Theologis, sive Historicis hæc per tabellas ignota est Methodus; à quibus tamen memoriæ & chartæ compendium simul observari nunquam potuit. videatur Technologia *Stresonis*, Chronologia Sacra *Bullingeri*, *Gaultherii* Tabulæ Chorographicæ, *Temporarii*, &c. Aut perspicuitate hac carendum erat, aut tabulis sæpè vacuis illa indicanda. Quanquam vanus hic sit vacui metus. Habent hæ ipsæ lacunæ suum usum. Vt enim alii delectantur aliis, ita hanc Rhizologiam Harmonicam, sive ex scriptoribus aliis, sive propriis meditationibus aucturis spatium relinquitur idoneum. Nullum ergò hîc vel otiosæ chartæ, vel emtoris dispendium. Imò si singulæ distinctis locis & numeris exprimerentur voces, majus, dubio procul, spatium illæ occuparent, quàm suis areolis, lucis ergò, hoc modo dispositæ atquè collocatæ. *Nudum radicum* σκελετὸν *est*, nullæ accedunt venæ, nulla caro, nulla medulla, vel ex accurato Etymologiæ examine, vel ex Emphasi? Σκελετὸν esse volui, carnem & venas, alii reservaturus operi. Scopum ergò attigisse, satis fuerit.

Sed neq; *tyronum vel conatibus, vel etiam desideriis hic sufficit labor? Pleniorem quippe Accidentium Grammaticorum requirunt apparatum? vocabulorum distinctorum distinctas conjugationes, formas, derivata,* Neq; verò ut sufficeret, intendimus. Tyronibus neq; scribimus jam, neque utilissimis aliorum laboribus, principiis Linguarum destinatis, intercedimus. Non analysi Grammaticæ (quæ subsidia alia flagitat) sed

nutatio in Arabica & Æthiopica lingua ubique obvia est. *Hebr.* אבה
st voluit. *Æthiop.* & *Arab.* אבי Noluit. *b.* Quæ Hebraica lingua κατ' εἶδος
xprimit, illa derivatæ κατὰ γένος sæpè reddunt, & vice versa; id est, quo-
um apud Hebræos *generalis* est significatio, ea in reliquis *specialem* in-
luunt. Id quod tum in aliis, tum in Æthiopica frequens esse lingua,
x *Smegm.* nostro Oriental. liquet. *c.* Sunt etiam radices, quæ Hebræis
am inusitatæ, apud reliquos Orientales vel communem, vel propriam
lan è, quo utroque modo Matrem Hebræam deserunt, obtinent signi-
icationem; Vtrumque condocefacit Etymologicum areolâ 3. & 4.

V. Ad *Gentium denique mores, conversationem, mutationem cogno-
scendam* multum hæc facit Harmonia. Hebræam Linguam inter tot
xilia & infortunia illibatam esse, miraculum propè est: *Rabbinicam*
ontra, vocum Chaldaicarum, Arabicarum, Persicarum, Græcarum,
liarum etiam Linguarum mixturam admittere, Nationis inter tot
lispersæ gentis indicium est. *Arabicam* Veterem, & locupletem, &
iullo aliarum linguarum contagio infectam esse, & antiquæ Originis, &
egiminis integri argumentum est; *Græcos* verò, post exortum Muham-
nedismum, paulatim se insinuâsse, animi Græcæ literaturæ nectare ine-
ir iati documentum est. Omnes enim voces Græcæ, Arabicâ civita-
e donatæ, & technicæ ferè sunt, & ab eo demum tempore illatæ, quo
Arabum florere cœperunt studia. Eadem ferè ratio *Syrorum* est &
Abyssinorum, quorum Linguæ plurimas paulatim receperunt voces
Græcas. Vnde *Isa bar Ali* non modò magno eas numero adducit,
ed etiam ad vocem אכלוס notat; אכלוס ואספיר הו כד הו כנשא דשגיש דיוניתא הי
ὄχλος & σπεῖρα : מלתא וסוריא אמינאית גנבן מן יוניא מלא ומתחשחין בהין
num idemq; significant, nempè turbam tumultuantem, suntq; origine
Græca. *Certum enim est, Syros multa à Græcis accepta usurpare.* Quæ
quidem utriusquè nationis communio à communione tam studio-
um sacrorum, quàm profanorum, nata est; Hinc enim factum, ut eæ-
dem res iisdem exprimerentur verbis. Quanquam Æthiopica Lingua
Theologicos plures admittat terminos, quàm vel Historicos, vel Philo-
sophicos, ex Græcia mutuatos. Quarum tamen vocum μιξοβαρβάρων
hac occasione cura nos non alia occupavit, quàm quæ ex Harmonia
radicum Originalium subministrata nobis est. De *usu* Lexici Harmo-

Matth. 5. v 35. 37. omne juramentum prohiberi, sed certum tantùm, cujus quædam à Christo reprehenduntur species. Vrgent propositionis universalitatem; *Omninò non jurabis*, v. 35. Restringimus ad subjectas species, quas paulatim pravâ obrepentes consuetudine, Christus jure abolitas voluit. Petitur probatio. Ea in promptu est, non aliunde tamen, quàm ex antiquitate Iudaica commoda: omnes enim ferè quæ *Matth.* 5. enarrantur jurandi formulæ, in Hebræorum occurrunt monumentis, ut in Anal. P. 1. p. 231. jam indicavimus, & ad cap. 5. Matth. observat *Ligtfoot*. Hæc de *methodo* & usu studij Philologici, ad quem Etymologicum hoc nostrum suum etiam confert Symbolum; nunc ad cætera ejusdem pergamus commoda. IV. Hæc ipsa Methodus Harmonica rationem *confusionis Linguarum*, temerariis Babylonicæ turris exstructoribus pœnæ loco inflictæ, apertè satis ostendit. Vt verò rectiùs totum illud negotium assequamur, notandum est confusionem illam esse vel *Totalem*, vel *Partialem*, *Illa* ex vocum, phrasium, literarum, declinationum, conjugationum, totiusque adeò structuræ elucet permutatione, ita ut nonnisi obscura primæ matris Hebrææ in filiabus appareant vestigia. Talis est Lingua Ægyptiaca, Græca, Sclavonica, Persica, Germanica, Latina, indeque derivatæ Hispanica, Gallica, Italica, quæ omnes & essentiæ & accidentium respectu à Matre Hebræa longissimè recedunt. *Partialis* verò est, quæ ut multa cum Hebræa lingua relinquit communia, ita & suis gaudet idiotismis. Cujusmodi sunt cæteræ linguæ Orientales penè omnes, Chaldaica videlicet, Syriaca, Arabica, Æthiopica, Samaritana, quarum & Grammatica & Lexica affinitas ita manifesta est, ut tamen eædem ab Hebræa distent. 1. *Elementorum* vel figura, vel numero. Illud in Syris & Æthiopibus, hoc in Arabibus occurrit. 2. *Declinationum* numero; alii enim duas tantùm, ut Chaldæi, Syri, Æthiopes, alii Hebræorum more tres retinent. 3. *Conjugationum* numero & formâ, quæ hîc maximè est apud Arabes, quibus Æthiopes proximè accedunt, notoria. Ad Hebræas quidem formas reduci pleraque possunt, aliquid tamen semper superest, quod primævæ originis defectum indicat. 4. *In ipsis significationibus*, quæ hujus confusionis proximū sunt objectum, atque hîc observare licet, *a*. Multa verba, Hebræis affirmativa, reliquis esse negativa. Hæc

muta-

ranslationum examine, Theologo eos ad usum Didacticum aperit esauros, quos cum paucissimis aliis communes habet. In *Elencho* rrò non minor est hujus studij utilitas, quàm in Didascaliâ. Et ipsi idem hîc iterum multum debetur Grammaticæ, quæ gravissimarum ntroversiarum nervos felicissimè concidit. Non operosum esset obare, plerarumque difficultatum eventum ab hoc pendere filo; nilibi hæc jam à nobis occupata fuisset opera. Accedit adversariom vigilantia, quæ somnum ampliùs, aut veternum non indulget. æc ab aliquo tempore arma & ipsi tractare didicerunt, majori tamen ostratium cum pudore, quàm domestico successu. *Lexicon* quid hic ossit & prosit, ignorare non possunt, quibus perspectum est, omnes *ἑτερουσιῶν* fontes hinc indicandos, æquivocationum nexus hinc solendos, distinctionum etiam Theologicarum fundamentum hîc quærendum. Non de distinctionibus tantùm loquor *ἐγγράφοις*, formaliter syllabatim in scriptura expressis, Scholasticas etiam sive Ecclesiastias subsidium hoc vel convellit, vel statuminat. Distinguit Ecclesia eformata inter mercedem *debitam* & *gratuitam*. Non nova est, henata aut nudius tertius hæc distinctio. Jam ante Servatoris nostri rtum usitatam fuisse, pridem notavit Synagoga. Videatur, *Majm* in irk. Abh. c. 1. de פרס & שכר. Eadem ratio etiam obtinet in aliis, ut alio *...* tempore monebimus. *Criticum* si accesserit acumen, ---- ---- ifficile dictu fuerit, quanto cum bonæ causæ commodo illud adhibeaur. In multis profectò bonus Criticus Dictaturam exercere potest. ontroversiæ, quò sunt subtiliores, eò majus hinc exspectant præsiium. Proverbia, ritus, idiotismi rectè observati, & cum locis controversis collati, verbo expediunt, quæ multis ambagibus gravissimi scriptores vel sicco transierunt pede, vel magis intricata reliquerunt. Materia de Baptismo & Pædobaptismo quàm facilis est, si lumen muuet Critica, i. e. Collatio rituum veteris Synagogæ instituta cum sacro contextu? Specimen nuper dedimus *Dissert. de Baptismo*; plenius habet D. *Ligtfoot* Anglus in Horis Hebr. ad Matth. c. 3. p. 40. & c. 28. De vindiciis capitum 5. 6. 7. Matthæi multa præclara occurrunt apud Theologos; responsionis tamen, quâ Socinianos & Anabaptistas repellimus, fundamentum ex Judæorum praxi est petendum. Negamus e. g.

consuetudine, debent, diligenti *investigatione*, & ad textum sacrum applicatione. Non intempestiva est observatio *Thomæ Hayne*, præfat. ad lect. Linguar. Cognat: *Memini*, inquit, *me audivisse à D. Doctore Bury, olim Rect. Eccles. S. Benedict. apud Londinenses, viro Linguarum peritissimo, multos locos difficiles N. T. lucem majorem ex Talmudicis quibusdam comatibus, quàm ex Latinis multorum commentariis, qui in rebus facilioribus sunt copiosi plus satis, in arduis silent.* Fidem assertioni huic facere, loci hujus non est; ab aliis præstitum illud abundè, & à nobis utcunque, hinc inde, præsertim in *Primit. Heidelb.* 5. *Idiotismorum & Proverbiorum usu*, qui non modò per V. sed. & N. se diffundit Testamentum universum. Ea styli utrinque affinitas, ut non ipsæ modò res, sed & phrases, aliâ licet vestitæ Lingua, mutuam sibi porrigant dextram. Phrasis N. T. ita Græca est, ut obvij tamen ubique sint Hebraismi. Prophetiæ Veteris Testamenti, sua ita in Novo habent complementa, ut tamen Novi etiam Testamenti vaticinia lucem exspectent ex Veteri. Apocalypsin certè difficulter intelliget, qui Danielis Stylum ignorat, & vice versa. Ita habet *Theoria*, *Praxis* Studij Philologici, ad omnes omninò disciplinas, artes & facultates se extendit. *Theologiæ* autem primæ hîc iterum meritò debentur, ad quam ex gradibus Theoriæ suprà positis usus redundat multiplex. Si quis bonus fuerit *Grammaticus* Hebræus (cave eum tantùm intelligas qui literas ægrè numerare, & vix radicem investigare potest) eo ipso, eruditorum calculo, bonus erit Theologus. Hinc enim usum suum habet διδασκαλία sive assertio veri, per certas regulas, quæ ex continuo S. Scripturæ stylo erutæ, multa nobis axiomata suppeditant momentosissima. Commendo, quæ exempli loco de justificatione, & verborum institutionis Cœnæ Dominicæ explicatione diximus. *Erotem. Hebr.* p. 72. *Specim.* Analys. Sacræ & *Analect.* p. 213. Quòd si exactam præterea vocum, *Lexici* subsidio, habuerit notitiam, triumphare iterum Theologus poterit, & διορᾶν. Nam & Emphaseos certiorem dabit rationem, & per vocum Etymologiam, in ipsa rerum faciliùs penetrabit arcana. Non ea Hebrææ, quæ reliquarum Linguarum est ratio. Illam qui novit, multas eo ipso res abstrusas novit & difficiles. Reliquus denique apparatus *Criticus*, qui sive in locorum parallelorum consistat συμβιβάσει, sive in variarum

Transla-

ndio. Prima quippe & secunda literæ radicales, ut vides, immutabi-
sunt & immotæ, tertia & ipsa suo semper sequitur ordine, ut præter
nificationem nihil sit, quod memoriæ negotium facessere possit.
oc augendi verborum & radicum copiam subsidium durabit tam-
i, quamdiu & ipsa durat analysis Bibliorum cursoria. Vbi verò stu-
osus totum jam absolverit contextum Biblicum, vocabulorum Sylva
ipsa potiùs analysi, quàm Lexico depromi poterit. Ita enim & ra-
ces memoriæ semel impressæ, non modò retinebuntur, sed & locorū
uipollentium, vocumque earundem diverso, diversis locis sensu oc-
rrentiū, Catalogus observabitur; rerum denique, Historiarum præ-
tim sacrarum notitia spontè sequetur: Vna sæpè vox in contextu
iginali vel emphasi suâ, vel rariori usu ita altè inhæret, ut totius simul
storiæ seriem in memoriam felicissimè nobis revocet. Adeò ut re-
titio ejusmodi analyseos sacræ, & Lexici, & concordantiarum usum
æstet. Ego antehac, ubi analysin contextus sacri semel in inclyta
oningana absolvi, repetitionem sine negotio menstruam totius
ntextûs sacri instituere potui. Gradum subjicimus *Criticum*, qui
ilologicus κατ' ἐξοχὴν dici meretur. Absolvitur hic gradus 1. *Examine*
phaseos, quę in his Linguis eminentissima est; Cujus tamen in Etymo-
gico nostro, de Etymis potissimùm soliciti, accuratam rationem ha-
re non potuimus 2. *Restitutione Radicum*. Alibi satis evidenter à
bis probatum est, ad eas per tot exilia, seculorum fata, Matrem He-
æam redactam angustias, ut subsidium sæpè mutuet à filiabus Arabi-
m hoc se nomine commendare, viri docti pridem viderunt. Et nos
tehac pluribus id ipsum probavimus exemplis: Hoc tamen Ety-
ologico nostro fusiùs, & eo numero, quem vix antehac ipsi sperare
si fuissemus. Neque enim gratiam hanc Matri Arabes tantùm re-
ndere ostendimus, sed & Chaldæos, Syros, imò & Æthiopes fre-
entissimè, Samaritanos rariùs. Hoc solo nomine, quòd inusitatas
vicinis Linguis radices sexcentis plures restituimus, non malam
ad eruditos etiam nos inituros gratiam speramus. 3. *Variarum versio-*
m collatione, de quo quidem studio, multiplicique ejus usu, nuper ex
ofesso egimus in *Methurgeman* nostro. 4. *Rituum & ceremoniarum*,
æ non inferri in sacrum textum ex cerebro, sed efferri, pro gentium

b consue

Studiosus, ne perpetuo tantùm Grammaticarum regularum gyro quasi agitatus, in ipso semper relinquatur vestibulo. 2. *Nimia curiositas.* Dabit operam, ut ne ad Grammatica præcepta nimis scrupulosè, abstrusissima etiam mysteria incertâ Kabbalâ revocet, vel in limine statim omnes salebras & difficultates simul & semel superandas aggrediatur; ita enim, antequam vel ad medium pertigerit metæ, succumbet. Planâ contentus decurrat analogorum viâ, antequam de anomalorum statim deviis intempestiva curiositate sit solicitus. 3. *Neglectus*, sive tædium utilissimi hujus studij, *moderatè* tractati. *Moderatè* autem illud tractabit, si certum, eumque probatum elegerit authorem, cujus systema Grammaticum in succum convertat & sanguinem, & tum demum, si res & studia ejus ferant, alios etiam consulat. *Secundus* Gradus *analyticus* est. Hic verò iterum studiosus, ut feliciter iter hoc ingrediatur, Analysin distinguat *superficiariam* ab *accuratâ*. *Illa* simplicem vocum, & analogarum quidem potissimùm, suscipit Grammaticam tractationem; *hæc* in anomala, anomaliæque rationem inquirit. *Illa* τὸ ὅτι tantùm; *hæc* τὸ διότι scrutatur. *Illa* proinde, ceu cursoria, indicatis tantùm primariis accidentibus Grammaticis & significatione præmitti debet per totum contextum Sacrum; *hæc* per δευτέρας φροντίδας subsequi. Si enim initio statim analyseos minutissima quæque persequi velit φιλέγλωττος, ea ubique obvia erunt impedimenta, quæ animum tandem & libros abijcere eum cogent. Id quod suo fortè plures didicerunt jam exemplo, quàm ut obscurum esse queat. Aggressurus ergò analysin Biblicam brevis esto, & in iis, quæ plana & perspicua sunt, occupatus; uno verbo, analogis; Anomala exercitatioribus sensibus reservato. *Lexicon*, ordine cohærentiæ, succedit studium. Valdè molestum est, ita in analysi versari sacra, ut ditior non acquiratur vocabulorum supellex, quàm quæ ex quotidiana, eaque initiò lenta paulatim accedunt resolutione. Cui incommodo parata erit medicina, si & memoriæ exercitio aliquid rribuatur, & aliquot quotidiè ex manuali vel Lexico memoriæ imprimantur radices, cui instituto Etymologicum quoque nostrum operam præstat non planè inutilem. Eâ enim hîc serie dispositas videas radices, ut vel solius Alphabetici Hebraici fideli memoriâ retenti subsidio res magno expediatur compendio.

lliam τχέσιν, tum quòd Hebrææ, ceu matri, primas jure vendicemus, um etiam, quòd longiùs ab Hebræa quædam abeant, quàm quæ Dialecti vocari possint. Inter Dialectos ἰσοτιμία. At hæc, salva matris uthoritate, filiabus dari non potest. Græcorum dialecti in elemenorum potissimum μεταβολῆ consistunt. At Orientalium Linguarum quarundam saltem) ita magna in quibusdam cum Hebræa est γειτνίας, ut in reliquis major sit differentia. Arabica certè ab Hebræa differt Elementorum numero & figura, terminationum numero & forma, casibus, radicum quantitate (sola Arabica locupletior hic est, uàm reliquæ omnes) conjugationum apparatu: constructione loquendi formulis, adeò ut nulla sit in Græcia Dialectus, quæ tot passibus à ommuni recedat Græca, quot quidem parasangis ab Hebræa abit Arabica. Neque tamen filia esse desinit, quòd in aliis nativum matris ultum, ceu manifestum satis ex ipso fit Lexico, luculentissimè exprinat.

II. *Certitudo Linguæ Sanctæ ex his fontibus tutissimè hauritur.* Sunt lurimæ in V.T. voces, quæ & obscuræ satis in se sunt, & usu ferè obsoletæ, & ex locorum collatione, quod alibi non occurrant, difficiles exlicatu. Æthiopia hîc, Arabia, Samaria solicitata opem ferunt, quæ, uanquam & animorum, & terrarum longis à se invicem dissiti sint spaiis, in unam tamen eandemque obscuræ vocis interpretationem adeò micè conspirant, ut certissimo inde colligamus indicio, vocum Heraicarum sensum & explicationem, non Interpretum Latinorum inertis niti conjecturis, sed certissimo tot Linguarum consensu.

III. *Est hoc Studium Harmonicum non infimus Philologiæ Orientalis radus.* Placet in gratiam Studiosorum Philologiæ Sacræ, in hunc paulò liberiùs excurrere campum, & quibus commodissimè gradibus ad ἀκμὴν hujus sanctæ perveniatur literaturæ ostendere. Vniversa Linuarum cultura duabus absolvitur partibus, *Theoriâ* & *Praxi*; neutra siꞇ altera, nisi mancam velimus & mutilam, subsistere potest. Quisuis ergò cum fructu in hoc versari voluerit studio, amico conjugio & ndivulso nexu utramque religiosè copulabit. In *Theoretico* studio prinus sit Gradus, *Grammaticus*, quo sine cum fructu in gravioribus suscipi ihil potest. In hoc tamen vitari debet, 1. *Prolixitas*: Cavebit enim

studio-

edocti potuimus, solo Numinis, (nam de Nominibus Deorum Gentilium agit) *nomine, ubi non datur ultra, contenti; & ab Originationum affaniis, præterquàm ubi res ipsa trahat, etiam cum Religione abstinentes.* Et Barth. Mayerus *Prod. 1. Part. cap. 4.* monet: *acri judicio opus esse, si quis unumquodq; vocabulum ad hujus vel illius peculium velit referre.* Cautiùs verò hic oportet studiosos evigilare; quia sensim irrepsit in multas scientias, nimia quædam & non amanda diligentia; quam his verbis *Thomas Linacer lib. 3.* graviter & meritò exagitat: *quosdam,* inquiens, *dum curiosiùs artes tractant, & res in iis fusiùs disquirunt à proprio artis fine solent retardare: atq; hoc vitio utilissimas & saluberrimas artes ad garrulitatem redisse.* Et rectissimè & prudentissimè Dom. Verulamius *de Augment. Scient.* judicat, quosdam minutiis suis scientiarum quarundam fregisse soliditatem. Summoperè igitur in Originationum doctrina enitendum est, ne, quod pravis ingeniis ait contingere *Fab. Quintil. lib. 1.* quisquam ad fœdissima usquè ludibria labatur. Si hæc originum disquisitio (quod idem ait Fabius) usum habeat necessarium, & multam in se contineat eruditionem, est sanè liberali & ingenuo viro dignissima, & pro sua dignitate & usu solidè, & eruditè pertractata, valdè laudabilis, & à linguarum studiosis, inter studia graviora serio conatu promovenda. Hactenus *Hayne.* Monita, quæ suggerit author, examinare nihil attinet; ipsa se sua soliditate ita commendant, ut nemo sanus suffragium suum atquè calculum præclaro instituto denegare possit. Certum enim est, præclarè de Rep. literaria mereri, quos hæc occupat cura; neq; κυμινοπρίστας esse, aut milium perforare, qui ad accuratam linguarum Orientalium Harmoniam animum applicant. Ex hoc certè studio Harmonico, plura in rem literariam redundant commoda, quàm vulgus æstimet. Hinc enim manifestissimè patet,

I. *Linguam Sanctam reliquarum omnium Orientalium esse matrem,* cæteras filias, vel magis, vel minùs degeneres. Sunt, qui Dialecti hic nomenclaturam amant. *Christ. Rav. Disput.* de Dudajim p. 29. Hebræa Chaldæa Syra & Arabica Dialecti apparent uno numero lingua, quæ jam infaustè quorundam vitio discerptæ, immane quantum dissidere creduntur, cum cohæreant, ut communi Græcæ Æolica, Dorica, Attica, Jonica præcipuæ inter reliquas. Ita p. 47. sed malim, matris ad filiam

ios per multos jam annos necessitudine, tum linguarum Orientalium
: Europæarum, tum Philologiæ cognitione optimè excultum, mul-
um operæ in vocabulorum Etymologia ventilanda, dum majora quæ-
iam in bonis literis minatur, & feliciter posuisse, & jam ponere. Nam
æc testantur multæ & eruditæ in ejus Adversariis observationes, quas
ongessit & reposuit publico bonarum literarum commodo tandem
liquando inservituras. Sic tandem (quod primum mihi optan-
um videbatur) evadet hæc Harmonia linguarum seu ars Ety-
iologica multò perfectior, & linguarum studiosis fructuo-
or.

Secundò autem *cavendum existimo*, idq; I. *iis qui parum aut nihil in
ac Palæstra tentarunt, ne temerè judicium suum præcipitent, & quæ
rimo intuitu dura aut absona videntur, rejiciant*, τὸ ἰατρικὸν ἰατρικὰ ἐργά-
ται, καὶ τὸ τεκτονικὸν τεκτονικὰ, inquit *Plato in Sympos.* scil. sæpè quod
harmaca Medicorum, & architectorum instrumenta efficiunt,
fici non posse crediderunt, minus in his artibus versati. Igitur
anc ob causam taciti sinimus Medicos quæ medicorum sunt
romittere, & tractare fabrilia fabros. Quare etiam & eruditis diu mul-
ımque in *hujus Harmoniæ* fabricâ occupatis, ut artificibus in aliis
tibus, fides aliqua est habenda. Ratione satis evidenti eæ
riginationes firmabuntur, & usu aliquo mollientur, de quibus
ı initio quispiam aut dubitet, aut à quibus prorsus abhorreat.
)einde II. *cavendum est hujus Harmoniæ artificibus, ne curiosiùs
uàm oportet, vocabulorum origines venentur: Est quâdam prodire
enus, si non datur ultra, ait Horat. de Art. poët.* Studiosiùs verò hoc
ıvendum, quia priora secula hoc nomine malè audiverunt, &
uia non solùm Varro, sed & Isiodorus Hispal. Episc. & recen-
ores quidam meritò etiam culpantur. Hoc igitur crimen decet
cidiora hæc tempora effugere, & certè prudenter sibi hac
re temperârunt viri cordati & eruditissimi. Becmannus
manud. non omnium, inquit, *vocabulorum quærenda est Etymo-
gia; ut à Stoicis factum sanè perperam & frustrà.* Suadet Jul. Sca-
ger, ut *modus adhibeatur*. Joh. Seldenus *Proleg.* c. 2. *de* D. *Syr.* ait: *Nolu-
ıus ita profusam in ejusmodi originibus operam impendere.* Et *ibid. in
.capit. Eas tantummodò diximus Origines, quæ à fide dignis authoribus*

 edocti

aliquid nequiverit, reprehendendum. Cùm verò *Socrates* multas vocabulorum origines proferens, & *Cratylum* ad plures eruendas adhortatus, sic loquutus sit: σκοπεῖσθαι χρὴ ἀνδρείως τε καὶ εὖ, καὶ μὴ ῥᾳδίως ἀποδέχεσθαι, ἔτι γὰρ νέος εἶ καὶ ἡλικίαν ἔχεις, *Hæc animo forti & sedulo sunt trutinanda, nec enim facile est assentiendum. Juvenis adhuc es, & sufficit tibi ætas. Plat. in Cratyl.* Optandum etiam mihi video, ut juvenis aliquis ad linguarum studium benè à natura & educatione paratus, & usu aliquo satis promptus ad priora illa eruditorum virorum tentamina & progressus perficiendos invigilaret. Nam ut omne doctrinarum genus, sic vel maximè Linguarum scientia se juvenum mentibus, ut tabulæ rasæ, faciliùs insinuat, & fideliùs inhæret; ita ut *plura possit hoc in opere præstare, qui in vita aurora hæc incipit meditari.* Nec sanè velim, ut quisquã ad altiora & meliora natus, se totũ in verborũ notitiam, rerũ scientiâ neglectâ immergat, & immoriatur. *Certè sine hac cognitio rerum incerta est & impossibilis, sed multò est nobilior:* utpote cujus causâ in verborum cognitione desudatur. Sed velim ut juvenis aliquis benè positis hujus Harmoniæ initiis, in reliquo studiorum cursu observationes ad Linguarum affinitatem facientes, & sese obiter ingerentes annotet; quas in maturiori ætate perficere, & orbi communicare possit. *Non enim scholarum temporibus, sed vitæ spatio terminatur* (Grammaticæ ait *Quintilianus Institut.* lib. 1.) *Harmoniæ* (inquam ego) *studium & usus.* Cui verò potiùs est hæc provincia committenda, quàm *Henr. Iacobio Collegij Merton. apud Oxonienses socio.* Qui mihi inter colloquendi familiaritatem sæpiùs insinuavit adeò se in verborum causas penetrâsse, ut Artis quoddam Etymologicæ Systema sibi fabricarit, & cum doctipriores universi rem Etymologicam aut carptim quidem atque obiter tractarint, aut cum plenissimè, non nisi voces ordine Alphabetico Primitivas disposuerint; ipse profitetur se methodo sua & hactenus intentata, per certas proprietatum classes subordinatim velle istâs disponere, donec in paucissimis desinant principiis: ut hæc verborum Philosophia exactè imitetur illam rerum. Nam apud Grammaticos, inquit, Alphabetaria vocum series non magis ad universam Ætiologiam perducit, quam apud Physicos, rerum. Hunc equidem scio pro summa inter nos

& ſeqq. Cùm tot, *inquit*, ac tanta ex Lexicis Harmonicis oriantur commoda decimo in loco duo ſunt impenſiùs optanda, & à Linguarum cultoribus expetenda. 1. *Vt in hac linguarum cum Ebraa affinitate & Harmonia magis indies extundenda & perficienda elaborent.* Ad hoc opus, ut animoſiùs & vigilantiùs inſurgant, multa videntur adhortari. I. Quòd feliciſſimè hujus negotii poſita ſunt initia: *benè autem cæpiſſe ſolet pro facti dimidio reputari*; neque illud immeritò; quia nihil unquam egregium tentatur, cujus primus conatus miris calumniis non impetatur, & convitiorum plauſtris oneretur. II. Nebulæ iſtæ nubeſquè opprobriorum & oppoſitionum omnium difflantur, fuganturquè crebris eruditorum ſuffragiis, qui ſummum linguæ Ebrææ tum honorem, tum utilitatem egregiis & debitis encomiis ornarunt, & *hanc Harmoniam* aut ſuo calculo comprobarunt, aut in eo demonſtrando deſudarunt. III. A *tempore Gelenii*, qui primus Lexicon hujuſmodi plurium linguarum typis mandavit, tum linguarum ſacrarum cognitio, tum affinitatis earum explicatio tam magna acceperunt accrementa; ut illius rivuli videantur in flumina excreviſſe. Conſtat autem facile *eſſe inventis addere*; *& benè inchoata, & fæliciter promota, ad ulteriores perfectionis gradus perducere.* IV. Quia *Viri eruditi, & linguarum ſcientiſſimi, & in hoc argumento multum temporis inſumentes*, etſi præter ſpem in primo conatuum ingreſſu Originationes plurimas ex Ebraicis & Græcis vocibus repererē; ingenuè tamen in quibuſdam originationibus ſeſe dubios hærere affirmant, & eruditorum opem ingenuè petunt, expectantque; ſcil. C. Nirmutan *in Præfat. In multis*, inquit, *metam optatam non ſum conſequutus.* Ioh. Avenarius lectorem monet, *ſi quid*, inquiens, *erraſſe videor, illud cogita* אין אדם אשר לא יחטא *Non eſt quiſquam, qui non errat.* Et G. *Cruciger*, quo nemo in hoc negotio ſtudioſior & plenior, *in Præfat.* inquit; *In multis needum mihi ſatisfeci.* Si horum oculi in maxima hac omnium literarum luce non nihil caligarunt, minimè miror *Varronem fateri*; *Non omnium vocum cauſas poſſe reddi, & Socratem Platonicum in Originatione quorundam* (ut dixi) *vocabulorum quo ſe verteret, neſciiſſe.* Et cum Varrone tum de ejus, tum de noſtra ætate optimè dici poſſe arbitror *lib. 6. de Ling. L. Si quis de vocum Originibus multa commodè dixerit, potiùs boni conſulendum, quàm ſi*

 aliquid

Linguam Græcam, Latinam, Gothicam, Germanicam, Hispanicam, Gallicam, Anglicam, Ruthenicam, Sarmaticam, Vandalicam, multa vocabula ab Hebræa lingua sumsisse; Comment. in Mithrid. Gesner. quod & calculo suo probat *Thomas Hayne*, sua de Linguis in genere & variarum Ling. Harmonia Dissert. p. 45. *Postellus*, breviter quasdam voces Græcas, Latinas, Gallicas, Arabicas, Indicas ex Hebræo idiomate prognatas perstrinxit. Secutus *Ioh. Avenarius*, qui magno numero Græcos & Latinos rivulos ex Hebraicis derivavit fontibus. Felicior successit *Georgius Cruciger*, (cujus tabulas quasdam αὐτογράφους adhuc habemus) qui quatuor Linguarum Hebrææ, Græcæ, Latinæ & Germanicæ Harmoniam magno cum eruditorum applausu ostendit. Longiùs mox processit *Stephanus Guichartus*, Gallus, in Harmoniâ Etymologicâ Linguarum, Hebraicæ, Chaldaicæ, Syriacæ, cum Græca, Latina, Italica, Hispanica, Germanica, Belgica, Anglica, Suedica, Danica. Quibus recentissimè accessit *Guilelmus Lamphagh*, Anglus, qui vocabula Latina, Græca, Anglica, studiosissimè collegit, vocibusquè Hebraicis in Epitome Lexici Buxtorfiani adaptavit. Nequè inhonorata prætermitti debet in hoc studio Harmonico probata industria *Scaligeri*, *Casauboni*, *Megiseri*, *Martinij*, aliorum. *Persica Lingua* affinitatem cum Anglica ostendit *Ioh. Grav.* Grammat. Pers. p. 90. *Walton*. Appar. Op. Anglic. p. 101. cum *Germanica* Lipsius, & omnium felicissimè *Elichmannus Medicus*, qui non modò 500. jam voces Germanicis affines ex Persia accersivit, sed & terminationum & constructionis analogiam ita luculenter monstravit, ut dubitandum vix sit, quin Scythæ & Europæis, & Orientalibus plurimis linguæ suæ tradiderint communionem. Quâ de re *Walt.* l. c. p. 102. & *Salmas.* Epist. L. I. p. 108. Ex iis verò, qui illarum potissimum Linguarum, quæ Hebrææ vestigia immediatè sequuntur, Matrisquè lineamenta proximè referunt, præclaram præ cæteris merentur laudem Celeb. *Buxtorfii*, qui, quicquid Syria & Assyria cum Cananæa habet commune, pridem ex fumosis Iudæorum antris eruerunt. Adjecit *Schindlerus* Arabiam. Vltra, quod sciam, nihil à nostris tentatum; votis tamen seriis & calidis actum est, ut hæc studii Harmonici cura continuaretur, & ad apicem tandem ultimum perduceretur. Operæ pretium fuerit desiderium hoc loco repetere *Thomæ Hayne* ex Dissert. ante citata pag. 61. & seqq.

C L A V I S

ETYMOLOGICI HARMONICI

SIVE

DISSERTATIO, DE SCOPO, USU, ET METHODO HUJUS LEXICI.

QUod de fluminibus, in gremium Maris, ceu matris, properantibus monet Ecclesiastes, c. I. v. 7. id ipsum de linguis tum omnibus, tum iis cumprimis, quæ Hebrææ proximè accedunt, repetere licet, ad matrem quoque, citissimo cursu, easdem ruere. Quemadmodum verò desiderium repetendi gremii materni fluminum motu successivo absolvitur; ita & linguarum restitutio suis perficitur gradibus. Hinc est, quod qui Matri Hebrææ hanc rependere voluerunt restitutionis gratiam, non eadem incesserint via. *Alii,* eminus stantes, remotissimarum Gentium Linguas, per multos sinus & anfractus ad origines, felicissimo successu, revocârunt Hebræas. Pridem celeberrimus *Waserus* noster judicavit,

Relligio, Pietas, Candor, doctrina fidesque
Iam pridem TIGURO sunt TIGURINA meo,
Sed modò Parnassum totumque Heliconis honorem
Aut TIGURI, aut nullo credimus esse loco.

Perscriptum Meisenhemii Mense Junio
Anno M. DC. XLIII.

Non equidem vobis desit, nec defuit unquam
Gloria, quæ bello fortia corda probat.
Sed faciant Superi, ne vos gravis obliget usus:
Vix ipsâ in belli est prosperitate Salus.
Pacis opes, Pacisque artes, Pacisque decora
Aris sint vestris & diuturna focis!
Squalida subrepat potius rubigo machæris,
Aframeis absit cassidibusque nitor.
Pulvereò contecta situ vexilla quiescant,
Et sub castrensi Cannabe blatta cubet,
Inque vicem tersis pateant armaria libris,
Charta omnis pictâ splendeat in tunicâ!
Hic vireat Laurus, non quam Bellona *ministrat,*
Sed qualem AEmonio Phœbus ab amne legit!
Hic folia aptentur pacem comitantis olivæ,
Hic recreet doctos quælibet umbra dies!
Sic ego Nicrinos cuperem sepelire dolores,
Et Patriæ antiquæ decoquere exuvias,
Illas exuvias, Bavarus quas misit habendas
Lucipeta Hesperio trans juga cana Deo.
Heu quantùm gemuit pretiosis Rheda papyris!
Heu quot quadrigæ nostra tulére bona!
Sed nil triste canam: querimonia nulla medetur,
Si quod dulce decus clepsit avara manus.
Fas mihi sit potius reparandam cernere gazam,
Antiquisq; novum Mentibus Hospitium.

Rect.

Instrumenta suæ sic quivis diligit artis,
Et patet externis usibus omnis amor.
Exemplum dabit iste locus jucundus, amœnus,
Et meritò cultu dignus Apollineo,
In quo cerne novo surgentes assere nidos,
Aspice divinis structa theatra Libris,
Aspice, quot repleat non-unus pulpita MOSES.
Quot capiant sacras claustra Sionis opes.
Hic loquitur blæsusque Heber, Chaldæus & Assur,
Hic sua longinquus verba volutat Arabs,
Hic Grajum eloquium manat, Latiique facultas,
Hic ornat veteres utraque lingua Patres.
Quicquid Legiferi respondit cura Senatus,
Quicquid in immenso Codice Iura ferunt,
Hac stetit in scena. Cos hic & Pergamus artem
Mortibus & morbis opposuere suam.
Nobilium hic residet Series antiqua virorum,
Mortales supra qui sapuere Viros,
Qui cœlum terramque gravem pelagusque profundum
Eruerant, & quos nulla latebra latet.
Omnia quis numeret? Crescit crescentibus horis
Copia, & excelso pegmate surgit opus,
Macte tuis, TIGURUM, cœptis! Te sera nepotum
Non cessaturâ Buccina voce canet,
Hæc quoties monumenta sequens mirabitur ætas,
Talesq; à tali munere noscet avos.

BALTHASARI VENATORIS

DONARIUM

IN

NOVA TIGURINORUM
BIBLIOTHECA SUSPENDENDUM.

Quos juvat indomiti Virtus Heroica Martis,
Et fera patrandi prælia docta manus,
Queîs studium muros sinuosis cingere castris,
Duraque fulmineo saxa forare tubo:
His etiam curæ est chalybum genus omne superbum,
Et totas armis condecorare domos.
Omnia tela placent; placet additus ensibus ensis,
Quicquid & ignifero Vulnus ab ore vomit.
Hic Equitum pendet levibus cava machina bombis,
Hic Peditum moles plus habitura mali;

Instru-

thecæ usum studiis meis concedere porrò pergatis. Deum Veneror, ut curas vestras pro bono publico, pro Re literaria, pro Bibliothecæ incrementis felices porrò & auspicatos esse jubeat. Ego verò constantissime & sum, & esse cupio

Nobilissimi & Amplissimi
Reverendi item & Clariss.

Heidelbergæ Calend.
Septemb. 1660.

Nominis vestri
observantissimus

Johannes Henricus Hottingerus.

inutilis, ut vestratibus Syrorum, Samaritanorum, Arabum, Æthiopum versiones ubi vel necessitas urserit, vel studii necessitas pellexerit, consulere, posthac sit futurũ & facilius, & jucundius. Sed & *altera* instituti mei accedit ratio. Visum nuper prudenter vobis fuit amicè vestros monere, ut si quæ haberent vel Majorum nostrorum scripta, vel proprii ingenii μελετήματα, quæ reliquis domesticorum authorum nondum accessissent laboribus, vobiscum illa communicarent, ne vel, quod foris pretiosum est & Charum, domi negligeretur, vel privato periret contemtu, cujus publici statûs ratio majorem gerere jubet curam: quo certè consilio factum, ut doctissimorum sæpe virorum opera, Epistolæ, consilia, tutissimè ab interitu vindicarentur. Quòd verò mea etiam opuscula digna æstimaveritis, quibus in Bibliotheca vestra assignaretur locus, non meriti mei est, aut exspectationis; sed magni vestri affectûs testimonium: Ne igitur vel officio diutiùs deessem, vel exteris vacui spatii intuitus sinistram negligentiæ suspicionem excitaret, en obsequium! Fidem proinde liberaturus, meumquè tot Crœsi divitiis teruncium additurus, præter Lexicon hoc Heptaglottum, Nomini vestro publicè inscriptum, reliquas etiam chartas meas, ad supplendas diu satis hiantes lacunas, offero; id unicè à vobis flagitans, ut longiorem solutionis moram boni consulatis, & me, meosquè solito vestro favore beare, liberumque & liberalem Biblio-

thecæ

& Hiſtoriæ Orientali cum Commentariis inſerere; illud ipſum veſtro quoque tranſſcribo affectui. Mitto cætera κειμήλια, varia Reformatorum noſtrorum ſcripta, antiquiſſima omnium propè ætatum numiſmata Latii, Græciæ &c. rudera, quæ eximio mihi ſæpenumero fuerunt uſui. Inſignis cumprimis & æternitate digni operis Regii Pariſienſis, cujus & videndi, & examinandi magno ferebar deſiderio, liberalis conceſſio alta mecum mente manet repoſta. Ne abſenti quidem hactenus mihi denegâſtis, ſi quid meis inſervire poterat ſtudiis; prout etiam veſtræ humanitati elegantiſſimum cum Commentariis Beidavij Arabis, Alkorani exemplar, brevi, σὺν θεῷ, ad vos rediturum, acceptum fero: quod qua occaſione ex liberalitate Viri Ampliſſimi, D. JOHANNI HENRICI ÆSCHERI, amici integerrimi, veſtrum eſſe cœperit, alia occaſione innoteſcere voluimus. Tanta certè, tamque prolixa veſtra in me humanitas, ut memorem flagitat animum, gratæque teſtificandæ mentis ſerium ſtudium, ita hæc mihi occaſio tantò pluribus ſe commendavit rationibus, quantò certior ſum, hanc non ingratam optimis quibuſvis fore operam, quòd ſcriptum ſe Vobis ſiſtat & Linguarum varietate, & Methodi tum novitate, tum perſpicuitate, non planè obſcurum; neque ad Bibliorum non Pariſienſium tantùm, ſed & Anglicanorum πολυγλώττων, ſenſum referandum literalem, clavis non

Viro amicissimo, (qui recondita Latinitatis suæ δεινότητι, ne virili quidem Romanæ eloquentiæ cedit ætati) relinquere malim locum. Breviter rationes publicæ meæ προσφωνήσεως subnecto. Quid verò de illis multùm sim sollicitus? Vestrum hoc esse debebat munusculum, non uno nomine. Viginti jam propemodum sunt lapsi anni, ex quibus liberrimus, ad sacrarium vestrū, mihi patuit aditus. Quoties me cunque curta mea destituit supellex libraria, penu vestrum occurrebat, & copiosissimus thesaurus, qui & librorum multitudine, & Editionum varietate, & Authorum etiam raritate, me vacuum aut voti impotem raró dimisit. Quod in Historia tam Helvetica, quàm Ecclesiastica, subinde quædam adspersi, aliis ut plurimùm intacta, sive de ortu & progressu fœderis Helvetici, sive de grassantibus in Papatu superstitionibus, sive Majorum opposita Virtutum, *Iohanni, Monacho Vitodurano* illud debeo, cujus autographum in vestra etiamnum custoditur Bibliotheca. Quod in Orientali literatura *modò* antiquum, cumquè elegantissimum, (quem magno, Magni Herois, Henrici Ducis Rohanæi, munere possidetis) conferre licuit codicem Hebraicum: *modò* accurati circa Scripturam sacram Judæorum studii, ex Megilla, seu Pentateucho pergameno inscripto, rationem reddere; *modò* etiam Genealogiam Muhammedicam pleniùs etiam ex Marchthaleriano exemplari eruderare,

& Hi-

tas? Commune cum toto orbe Europæo Patria noſtra ſubiit fatum. Poſtquam verò Divinæ placuiſſet miſericordiæ, & aliam in terris habere Eccleſiam, eamque à ſuperſtitionibus paulatim adnatis repurgatam, & ipſam etiam Helvetiam pacatam, tutam, Regum & Principum amore dignam: ſplendidoq; liberæ Reipublicæ axiomate triumphantem, probârunt Heroica illa pectora, non adeò durum eſſe cœlum Helveticum, quod ἀσπόνδῳ planè in literas & literatos flagraret odio. Hinc prima ferè reflorescentium, aurei ſuperioris ſeculi, ſtudiorum, ex amœnis alpium receſſibus ſpecimina. Hinc Scholarum & Eccleſiarum Helveticarum ſeminaria publica. Hinc ſtupor multorum & admiratio, ab iis tàm purioris religionis, quàm politioris literaturæ oblatas primitias, qui ſerotini eſſent; &, opinione aliorum, inferiores multis haberentur paraſangis. Hinc indefeſſum veſtrorum, veſtratumquè ſtudium, novo, & alibi vix uſitato exemplo, Bibliothecas erigendi publicas, quibus non eruditi tantùm, ſed & promiſcuè cives quilibet juvari poſſent, quibus, oborta difficultate, ad eas tanquam, communem ſcholam, facilis daretur acceſſus. Atque hanc gloriam, hæc æternitatis compendia, pluribus exponerem, niſi aliorum, extraneorum etiam calculo vobis aſſerta illa jam eſſent. De meo igitur nihil addam, tum quòd domeſticus ſum, tum etiam quòd alij, qui elegantiſſimo & plane exaſciato carmine, ſuam nuper vobis probavit benevolentiam,

git, vel prostratum etiam, & hostium oppressione conculcatum restituit; *hæc* verò Ecclesiam, Politiam, Oeconomiam saluberrimis legibus gubernat atque tuetur. Sed paucorum hæc conjunctionis, & amicabilis connubii, gloria est atque felicitas. Qui armis semel suam addixerunt operam & *Marti*, ad *Artis* rarius & *Minervæ* castra accedunt. Arrepta bipenni, penna ferè abjicitur, & exulanti molli papyro durum succedit ferrum. Atque hinc est, quòd, multorum judicio, eadem sede Artis & Martis studia morari planè non possint. Qui quidem nævus Helvetiæ, Patriæ dilectæ, liberè nimis exprobratus olim fuit. Quò enim crebriora duobus integris, ab inito fœdere, seculis (iisque præcisè, facto initio ab anno 1315. quo feliciter commisso ad Morengartum prælio, solida fœderis fundamenta jacta fuêre, ad annum 1515. quo, gravissima licèt accepta clade, ad Marignanum, gloria militaris summum consequuta erat apicem) visa fuêre, trophæa, illustriores victoriæ, frequentior armorum usus, eò major literarum & literatorum objiciebatur neglectus. Neque verò negare possumus, eam superiorum seculorum fuisse faciem, ut occupatissimis pro vindicanda libertate patriæ, Majoribus nostris, pro aris & focis defendendis, minor studia solicitè tractandi, Bibliothecas, ceu præsentissima vel comparandæ vel alendæ scientiæ subsidia, insederit cura. Num verò propterea hæc solius fundi Helvetici fuerit calami-

tas

Viris

Nobilissimis & Amplissimis, Reverendis item & Clarissimis
Dominis, Dominis;

Bibliothecæ, in usum Civium Thuricensium *prudenter* collectæ: *feliciter* auctæ, *magnaque* hactenus, in urbis amœnissima peninsula, *cura* asservatæ

Patronis, Curatoribus, Bibliothecariis &c.

Grata mentis tesseram

offert

Johannes Henricus Hottingerus.

DVo sunt Reipublicæ summa, & ab omni retrò antiquitate maximè commendata ornamenta, disciplina militaris necessaria, & literarum literatorumque cura sancta. *Illa* enim vel nutantem Reipublicę statum eri-



הדריכני *Psalm 25.* ΟΔΗΓΗΣΟΝ
באמתך: *vs. 5.* με ἐπὶ τὴν ἀλήθειάν σου.

IOH. HENRICUS HOTTINGERUS, SS. TH. D. *eiusdem, ut et Linguarum Orientalium in Academia Heidelbergensi* PROFESSOR, *S. Curiæ* CONSILIARIUS. *Collegij Sapientiæ* EPHORUS, *et Facultatis p. t.* DECANUS ÆTAT. XL. ANNO CIƆ IƆ C LX.

Etymologicum Orientale;

SIVE

LEXICON HARMONICUM

ΕΠΤΑΓΛΩΤΤΟΝ,

Quo,

NON MATRIS TANTUM, HEBRAICÆ *Linguæ, Radices Biblicæ omnes vel constituuntur; vel, ubi inter Iudæos temporis injuriâ usitatæ esse desierunt, ex Chaldæa, Syria, Arabia, Æthiopia, &c. restituuntur, diversisq; significatibus suis explicantur;*

SED ET;

CHALDAICÆ, SYRIACÆ, ARABICÆ, SAMARITAnæ, Æthiopicæ, Talmudico-Rabbinicæ Dialectorum, ceu filiarum, voces

Juxta seriem Radicum Hebraicarum, magno numero, ex libris tàm Canonicis, quàm Ecclesiasticis exhibentur; Harmonia simul vel matris cum filiabus, vel filiarum inter se luculenter ostenditur, propriæ deniquè cujusvis radicis significationes adjiciuntur;

In usum

Veræ antiquitatis & Philologiæ sacræ Studiosorum conscriptum & contextum,

A

JOH. HENR. HOTTINGERO D.

Accessit, præter præfationem de gradibus Studii Philologici, usu hujus Lexici &c. brevis Apologia contra Abrahamum Ecchellensem, Maronitam.

FRANCOFURTI,

Sumptibus Joh. Wilhelmi Ammonij, & Wilhelmi Serlini.

ANNO M. DC. LXI.